apud samson lacinas & querebat dicens. Obstinuerat animo ut decipiat eum quo ppositum illud ppli nuncium mi ex pouere. Ad quem ille respondit. Pecora mea & mactari nolui dicens & tibi indicare poterat. Igitur cum quotidie flebat apud eum. tandem quia molesta ei erat. & ex passione. Quod tantum indicauit ei quod esset nazareus dei ex utero matris sue. Si enim radatur caput meum recedet a me fortitudo mea & deficiam. & ero sicut ceteri homines. Videns autem dalila quod indicasset ei omne secretum suum. Quia ascendere una fecit eum super genua sua. & in sinu suo reclinare capud suum. Vocauit que sacerdotes philistinorum dicens. Ascendite semel quia ostendit mihi omne cor suum. Tunc ascenderunt ad eam principes philistinorum. & attulerunt pecuniam in manibus suis. Que dormire fecit eum super genua sua. & in sinu suo reclinare capud suum. Vocauitq; quendam & rasit septem treces capitis eius. & cepit afflictare eum. & ase repellere. Statimq; abiit fortitudo eius ab eo. Dixitq; Philistim sup te samson. Qui de somno consurgens putauit se more solito posse se euadere. & excutere uincula. nesciens quod dominus recessisset ab eo. Quem ut apprehendissent philistim statim eruerunt oculos eius. & duxerunt eum gazam & uinxerunt eum catenis æreis. & clausum in carcere molere fecerunt. Capillis autem eius renascentibus. & principes philistinorum conuenerunt ut immolarent hostiam magnificam dagon deo suo. & epularentur. ceperunt dicere. Tradidit deus nr̃ in manus nr̃as inimicum nr̃m samson. Et cum uidisset eum populus laudauit deum suum. dicentes. Tradidit deus nr̃ in manus nr̃as inimicu nr̃m. & deuastatorem terre nr̃e. & occidere plurimos. Cumq; inebriati essent. precepit ut adduceretur samson de carcere. & ludebat coram eis. Adduxerunt ergo eum de carcere ludebatq; coram eis. Stetit autem puer manu tenens columnas quibus innitebatur domus. Dixit ergo samson ad puerum qui regebat manum eius. Dimitte me ut palpem columnas quibus innititur domus. & innitar eis. Manebat autem domus plena uiris & mulieribus. & omnes principes philistinorum erant ibi. Super solario quoq; erant quasi mille utriusque sexus spectantes ludum samsonis. Clamauit autem samson ad dominum deum dicens. Domine deus memento mei. & reuisita me. & da mihi fortitudinem hanc tantummodo domine. ut pariter cum philistinis moriar. & ulciscar me de hostibus meis pro duobus oculis meis. Comprehendensq; duas columnas quibus innitebatur domus. Altera lateri dextro. Altera sinistro. Ait. Moriatur anima mea cum philistinis. Concussitq; fortiter columnas. quibus domus sup omnes principes & uniuersam multitudinem que ibi erat. nutu. p. pluresq; interfecit moriens. quam ante in uita occiderat. Descenderunt autem fratres eius & uniuersa cognatio eius. tulerunt corpus eius. & sepelierunt inter fauces & asthaul in sepulchro patris sui manue. Iudicauitq; israhel uiginti annis.

In tempore autem quo natus est samson. nomine manue. Quidam de montibus effraim. nomine micheas. Qui dixit matri sue. Mille centum argenteos quos separasti tibi. & sup quibus me audiente maledicere coepisti habeo. & apud me est. Cui illa respondit. Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri sue. Quæ dixerat ei. Consecraui & manu argentum hoc domino ut de manu mea susciperet filius meus ut faceret sculptile & conflatile. & nunc trado tibi illud. Reddidit ergo eos mat sue. Que accepit quingentos argenteos & fudit ea in statuam & conflatile. ac theraphim & est uestis sacerdotalis & idola implerunt. unus filius suus manum. & faceret ei sacerdotem. Non erat autem rex in israhel. sed unusquisq; quod sibi rectum uidebatur hoc faciebat. Fuit quidam adolescens de bethleem iuda ex cognatione eius. erat ipse leuites & habitabat ibi. Egressusq; de ciuitate bethleem peregrinari uolens ubicumq; reperisset. Cumq; uenisset in montem effraim ad domum micheæ. Interrogauit eum unde uenisset. Qui respondit. Natus sum de bethleem iuda. & uado ubi potero. & uelle mihi prouidere. Ait micheas. Mane mecum & esto mihi pro patre ac sacerdos. & ego tibi quotannis singulos argenteos. ac uestis duplicem. & quæ ad uitæ necessaria sunt. Obtemperauit ei. & mansit apud hominem. Habebatque quasi unum de filiis. Implebatur micheas manum eius. & habebat puerum sacerdotem. Nunc scio quod benefaciet mihi dominus habens leuitici generis sacerdotem.

In diebus illis non erat rex in israhel. & tribus dan quærebat sibi possessionem habitandi. Usque ad illum diem sorte inter cæteras tribus. Missis namque de cognatione sua quinque fortissimis uiris de finibus suis. filiis dan ut explorarent & considerarent terram. & diligenter inquirerent eam dixerunt ad eos. Ite & considerate terram. Qui cum peruenissent montem effraim & mansissent in domo micheæ. requieuerunt ibi. & agnouerunt uocem adolescentis leuitæ. & accedentes ad eum dixerunt ei. Quis te huc adduxit. Quid hic agis. Quam obrem tam huc uenire uoluisti. Qui respondit. Hæc & hæc pactus est mecum micheas. & me mercede conduxit ut sim sacerdos. Rogauerunt eum ut consuleret deum. ut scire possent an prospero remeare deberent. & res haberet effectum. Quibus ille respondit. Ite cum pace. Dominus respiciat uiam uestram & id quod quæritis. Cumque transissent montes. uenerunt ad laisam. Et uiderunt populum habitantem in ea absque ullo timore iuxta morem sidoniorum. & quietum ac securum & quæcumque nullo est penitus resistente magistratu opum & opulentissimum. procul a sidone. habensque hominibus separatum. Reuersi ad fratres suos in saraa & estahol. & quid essent interrogati. responderunt. Surgite & ascendamus ad eos. Videmus enim eam ualde opulentam & ubere. Nolite negligere. nolite cessare. eamus & possideamus eam. Nullus erit labor. Perueniemus ad securos inquit locupletissimam. tradet deus nr̃ in manus nr̃as locum in quo nullius rei penuria est. quæ quidem uerba. Profecti sunt de cognatione dan. id est de saraa & estahol sexcenti uiri accincti armis bellicis. Metatique castra in cariathiarim iuda. Quo loco ex eo tempore castrum dan nomen accepit. & est post cariathiarim ad occidentalem plagam. Inde transierunt montem effraim. Cumq; uenissent ad domum micheæ. dixerunt quinque uiri qui prius missi fuerant ad considerandam terram laisæ cæteris fratribus suis. Nostis quod in domibus istis sunt ephod & theraphim & sculptile. Videte nobis placeat. Et si paululum declinasse uidetis. Adolescentis leuitæ quem habemus micheæ. Salutauerunt eum uerbis pacificis. Steteruntque ante fores domus armati. Salutauitque eum ut amicum. Nec ille quicquam respondit. Sed ostium domus aperuit. & tulit ephod & theraphim & sculptile. Et cum uobis placeat. Et ecce paululum declinasse uidetis. Adolescentis leuitæ quem habemus micheæ. Salutauerunt eum uerbis pacificis. Stetitque unum ex eis ante ostium. Nec ille quicquam respondit. Et tulit ephod & theraphim & sculptile. & cæteros ornatus idoli. Et ingressi sunt ante dominum. Interrogauerunt eum. Et dixerunt ei. Consule deum. ut sciamus utrum prosperum iter habeamus. Et ad quas regiones debeamus pergere. Et quæ uia nobis utilior sit. Et quæ nos facturos esse prædicas. Ad hæc ille respondit. Ite in pace. Iter quod quæritis. Dominus respiciat. Et cum quo partis. Cumque transissent quinque uiri. Et ingressi essent laisam. Et uidissent populum habitantem in ea absque ullo timore. Et more sidoniorum. Et securum & quietum. Et nullo penitus resistente magistratu opum & opulentissimum. Et procul a sidone. Et habentem hominibus separatum. Renuntiauerunt fratribus suis in saraa & estahol. & quid essent interrogati. Responderunt. Surgite & ascendamus ad eos. Videmus enim eam ualde opulentam & ubere. Nolite negligere. nolite cessare. eamus & possideamus eam. Nullus erit labor. Perueniemus ad securos inquit locupletissimam. tradet deus nr̃ in manus nr̃as locum in quo nullius rei penuria est. quæ quidem uerba. Profecti sunt de cognatione dan. id est de saraa & estahol sexcenti uiri accincti armis bellicis. Metatique castra in cariathiarim iuda. Quo loco ex eo tempore castrum dan nomen accepit. & est post cariathiarim ad occidentalem plagam. Inde transierunt montem effraim. Cumq; uenissent ad domum micheæ. dixerunt quinque uiri qui prius missi fuerant ad considerandam terram laisæ cæteris fratribus suis. Nostis quod in domibus istis sunt ephod & theraphim & sculptile. Videte nobis placeat. Et si

mare ceperunt. Iurauit respondisse dixere: adhuc iam. Quid dicis? Cur clamas? Quid resp: Deus meus quo fecisti me, et sacerdotem et omnia quæ habui et dedisti quid est? Dic cuncti ei filii dan. Cauete ne ultra loquatur amplius, et uenant adhuc uiri animo contrario, et ipse ei domo sua pcat. Et suscepto ephod et penatibus et sculptili abiit. Videns autem quod prosperaretur secum, reuisit et idolum suum. Et conuocatis uicinis suis cucurrerunt post fugientes, et consecuti sunt eos stantes in turre quæ supra diximus nomine i habitabant, et clamauerunt ad filios dan. Qui conuersi dixerunt ei: quid habes ad populum quiescentem, ac securum? et persequentes eos more latronum, et minis terrentes reuocare gressum, et habere secum sacerdotem et sacrificia sua et religionem? Cui ait quisquis fuerat ex eis. Nolite addere uerbum, et manum ponere in os uestrum, et nobiscum habitare, ut sis nobis pro patre et sacerdote. Melius est tibi esse sacerdotem domus unius hominis, quam tribus et familiis et cognationibus in Israel. Quo audito lætus ingressus est domum, et tollens ephod et penates et sculptile secutus est populum. Qui cum uidissent eum, et uestem sacerdotalem et quæ secum portabat, dixerunt ei: pone manum tuam super os tuum, et sequere nos, et habebis apud nos patris et sacerdotis honorem. Quid melius tibi esse potest, quam ut sacerdos sis tribus et cognationi unius tribus Israel? Quibus auditis lætus ingressus est medium populum, et posuit sculptile in loco suo. Filii autem israel ascendentes de loco Belthel, peruenerunt ad finem amorrhæi qui habitat in montibus Dalila, et ascendentes pugnare contra filios beniamin, mandauerunt ad omnes tribus suas, dicentes: Quomodo malum hoc factum est inter uos? Date nobis homines qui sunt in gabaa, ut occidamus eos, et auferamus malum de israel. Qui noluerunt fratribus suis filios israel audire mandatum, sed exeuntes urbibus, que sua fuit exiere conuenerunt in gabaa, ut illis ferrent auxilium, et contra omnem israel pugnarent. Numerati sunt filii beniamin de ciuitatibus suis, et de gabaa, uiri bellatores, xxvi. milia, absque habitatoribus gabaa, qui numerati sunt lxxx. et septem uiri fortissimi, et ad quemlibet iactum fundæ capillum non errantes. Et sic per diuersas acies dispositi, ascenderunt montem, et castra metati sunt contra gabaa. Et exeuntes de ciuitate habitatores gabaa, ceciderunt de filiis israel xxii. milia uirorum. Rursus filii israel fortitudine et numero confidentes in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt. Ascenderunt autem et fleuerunt coram domino, usque ad uesperam, et consuluerunt dominum, dicentes: Debemusne adhuc pugnare contra filios beniamin fratres nostros? Cui dominus respondit: Ascendite ad eos, et inite certamen. Cumque filii israel alterum diem contra filios beniamin adpugnare processissent, ruperunt filii beniamin de porta gabaa, et occurrentes eis tantam cædem in eis fecerunt, ut de israel corruerent octo milia uirorum, educentes gladium pugnatores. Qua obruti unus filius israel dixerunt ad dominum: Ut quid domine deus noster hoc contra populum tuum fieri uoluisti? Ecce enim fugiunt nos, et a ciuitate longius auferuntur, et quasi in diebus superioribus, ita et nunc uulnerare nos conantur, et interficere. Et dominus ait: Ascendite, et crastina die pugnate contra eos. Insidiatores autem locum undique circumdent gabaa, et ipsi irruentes in ciuitatem, gladio percutiant habitatores eius. Dominus autem dedit filios beniamin in conspectu israel, et occiderunt de eis in die illo xxv. milia uirorum, omnes fortissimos bellatores. Et uidentes se filii beniamin cecidisse, fugerunt coram filiis israel, et dederunt locum insidiatoribus, qui properauerunt, et irruentes in gabaa, interfecerunt omnes qui habitabant in ea. Filii autem israel, qui simulauerant se fugere, conuersi sunt contra eos, et percusserunt de filiis beniamin, et occiderunt ex eis in loco qui uocatur Baalthamar, insidiæ quoque eorum de ciuitate pauxillum se aperuerunt, et ab occidentali urbis parte prodierunt. Sed et alia x. milia uirorum de ciuitate ingressi sunt, habentes urbis ad certamina promptissimi. Ingrauatique est bellum contra filios beniamin, et intellexerunt se communi parte illius instare malorum. Percussique sunt coram israel in conspectu filiorum israel, et inierunt certamen die illo, xxv. milia et centum uirorum omnes bella tractantes, et de ciuitate egressorum. Filii autem beniamin cum se ipsi uiderent circumuenti, arbitrati sunt fugere. Qui cernentes filii israel, dederunt ad fugiendum locum insidiatoribus suis, qui properauerunt, et succenderunt ciuitatem igne. Quæ cum repente de tabulis fumum exhibuisset, et beniamin ea quæ a tergo sibi fuerant respexisset, et perspexisset ea more gladii sæuissimum debellare, et ad superiora ascendere, et ad cælum fumo caput urbium tollere. Quo cum uidissent filii israel, conuersi sunt contra eos, et interficere cœperunt. Illi autem uidentes se undique circumdari, et ab insidiatoribus deleri, uersi sunt in fugam, et per uiam deserti ducentes, quæ ad solitudinem ferebat. Persequebantur autem eos filii israel, et de ciuitatibus obuios quosque trucidabant. Circumdederunt ergo beniamin, et persecuti sunt eum, et contriuerunt eum in regione contra orientem gabaa. Et ceciderunt de eo xviii. milia uirorum, omnes fortissimi bellatores. Conuersique sunt fugientes per desertum ad petram rimmon, et in ea quatuor mensibus manserunt. Reuersi autem filii israel ad reliquam turbam, percusserunt eos in ore gladii, ciuitates quoque et habitatores earum, et quidquid inuenire potuerunt, igne consumpserunt. Et egressi contra ciuitates quæ in confinio erant, omnes interfecerunt, et iumenta

repe est. Miserunt ergo ad eum uiros robustissimos & ipe
petierunt. Ire & petere uxor quam rapuerat more gladii tam uxores
qm̃ par uasor ou. & hoc erit qđ obseruare debent. Omne genus
masculinum & mulieres que cognouerit uiros nec facies. uirgines
reseruate. Inuenerunt ergo de uiris galaad quadringenti
uirgines que nescierunt uiri thorum. & adduxerunt eas ad ca
stra in silo in terra chanaan. Miserunt ergo nuntios ad filios ben
iamin qui erant in petra remmon. & properunt eis ut eas ci
pace susciperent. Venerunt ergo filii beniamin illo tempore. & date
sunt eis uxores de filiabus galaad. Nec sufficiebant eis. Dolebat ergo
populus pro fratribus suis dicens. Una tribus defecit de israhel.
Quas nras erit dare non possumus cum sit nobis ex iuramento &
maledictione quam iurauimus. Maledictus qui dederit de filiabus nris
beniamin uxorem. Et perquirentes consilium ait dixerunt. Ecce
sollemnitas domini est in silo annis singulis que sita est ab
occidentali plaga urbis bethel. & ab oriente plaga uie
que de bethel ducit ad sichimam. & a meridie opidi relicta.
Precipiamus filiis beniamin ut uadant & latitent in
uineis. Cumq; uiderint filias silo ad ducendos choros exe
more prodire, exite repente de uineis & rapite ex eis singuli
uxores singulas. & pergite in terram beniamin. Cumq; uenerint
patres earum ac fratres aduersum uos. querimoniam agent dicemus eis. Miserimini eorum, ni eim rapiendi eas iure bellan
tium. aliq; uestrum. seu rogando eas ut accipiatis. non dedistis. culpa
patet peccatum est. Fecerunt filii beniamin ut sibi fuerat
imperatum & uxores numero suo rapuerunt sibi de his que
ducebant choros uxores singulas abierunt. & in possessionem
suam discesserunt urbes. & habitauerunt in eis. Filii quoq; israhel
simul egressi sunt inde & familias suas in terras proprias.
Eo tempore non erat rex in israhel. & unusquisq; quod uisum ei debitum faciebat.

DE RVTH · ET DE IDIEBVS VNIVS IVDICIS

Factum est autem in diebus quando iudicies iudicabant. facta est fames in terra. Abiit ho
mo de bethleem iuda ut peregrinaretur in regione moabitide cum uxo
re sua & duobus liberis. Ipse uocabatur elimelech. uxor aut eius noe
mi. & duobi filii eius maallon & chelion effrathei de bethleem iuda. Ingressiq; regionem moabitidem morabantur ibi. Cui
morauit elimelech marite noemi. remansitq; ipsa cum filiis. Qui
acceptis uxoribus moabitidibus quarum una uocabatur orpha. altera
ruth. Manserunt ibi x. annis. & ambo mortui sunt maallon
iudeus. & chelion. remansitq; mulier orbata duobus liberis. ac
marito. & surrexit ut ueniret cum nuru sua de regione moabitide. Audierat enim in regione illa
dominum uisitasse plebem suam. & dedisse eis escas. Egressa est itaq; de loco
in quo manserat cum nuru. & iam uiam reuertendi
inierat iuda. dixit ad eas. Ite in domum patris uri. faciat dns
uobiscum misericordiam sicut fecistis cum mortuis & mecum. Det uob
inuenire requiem in domibus uris. quas sortemini est. Et osculata eas. Quibus elleuatis uoce flere ceperunt & dicere. Tecum
populo tuo reuertemur. Quibus illa resp. Reuertimini filie mi.
Cur uenitis mecum. Numquid habeo filios in utero meo. ut uiros
ex me sperare possitis. Reuertimini filie mi abite. iam enim senectute confecta sum. nec aptam habeo coniugali
tatem. Si possim ac nocte concipere & parere filios & sic expectare uelitis. donec crescant. & annos nubiles attingant. Numquid
expectare uultis. quamdiu non habent. Nolite queso filie mi. quia amaritudine
multa me magis premit. eo. quod egressa est manus domini contra me.
Leuata ergo uoce iterum flere ceperunt. Orpha osculata est socrum
suam. at uero ruth adhesit socrui sue. Cui dixit noemi. In
reuersa est consocrata tua ad populum suum. & ad deos suos. uade
cum ea. Quę resp. Ne uoces me ut relinquam te. aut recedam a te. In quocumq; prouincia perexeris illuc pergam. ubi morata
fueris ibi morabor. Populus meus populus tuus. & deus meus deus
meus. Quę te moriente ibi moriar. & sepelienda sum. Hec & amplius
faciat mihi dominus. si non solum mors diuidat inter me & te.
Quam cernens noemi firmiter eam uelle secum pergere. ab
stitit ne ultra ad persuadendum quidem ei aliquid loqueretur. Profecte igitur simul. & uenere
in bethleem. Quibus urbem ingressis. tota ciuitas super eis uertit
tur. Et dicebant. Hec est noemi. Quibus ait. Ne uocetis me noemi id est pulchra. sed uocate me mara
id est amara. Quia ualde me amaritudine replenit omnipotens.
Ego plena sum pleni. & uacuam me reduxit dns. Cur ergo uocatis
me noemi. quam humiliauit dominus & afflixerit omnipotens.
Hec cum noemi cum ruth moabitide nuru sua de terra peregri
nationis sue. ad ueresa est in bethleem quando primi hordei
merebant. Erat autem elimelech consanguineus noster homo potens
& magnarum opum nomine booz. Dixit ergo ruth moabitis ad
socrum suam. Sinite me ambulare per agros. & colligam spicas que me
tentium fuerint manipulos. ubicumq; clementiam inuenire potuero
inuenero. Cui illa resp. Vade filia mi. Abiit
itaq; & colligebat spicas post tergum metentium. Accidit autem
ut ager ille haberet. dominum booz. qui erat de cognatione
elimelech. Et ecce ipse uenerat de bethleem. dixitq; messo
ribus. Dominus uobiscum. Qui responderunt. Benedicat tibi
dominus. Dixitq; booz iuueni qui messoribus preerat. Cuius
sit hec puella. Quo resp. Ipsa est moabitis que uenit
noemi de regione moabitide. & rogauit me ut spicas colligere
remanentes sequens messores. ne fatiga. & demane usq; nunc
stat magro. & ne admodum quidem domum reuersa est.
Et ait booz ad ruth. Audi filia. Ne uadas ad colligendum
in alterum agrum nec recedas. sed hoc loco sequere. puellas meas
& ubi messuerint sequere. Mandaui enim pueris meis ut
nemo te molestet. Si sitieris uade ad uasa. & bibe
de aquis. quas hauserunt pueri. Que cadens in faciem suam.
adorauit super eam. dixitq; ad eum. Unde michi hoc ut inuenerim
gratiam in oculis tuis. & agnoscere me dignaueris. peregrinam
mulierem. Cui ille resp. Nunciata sunt mihi omnia que fecisti
socrui tue post mortem uiri tui. & quo dereliquerit patrem matrem
que tuos. & terram in qua nata es. & uenisti ad populum quem antea
nesciebas. Reddat tibi dns pro opere tuo. & plenam mercedem red
dat. a domino deo israhel ad quem uenisti. & sub alis eius confugisti.
Quę aut. Inueniam ego oculis tuis domine mi. quia
solatur es me & locuta es ad cor ancille tue. que non sum similis
unus puellarum tuarum.

Tempore autem hordei ait ei booz. Quando hora est ut edas panem. & intinguas buccellam tuam in aceto. Sedit
que iuxta messores. & tenuerunt ei parum polente. & comedit panem. & intinguit buccellam suam in aceto. Surrexitq;
itaq; ad messores suos. & cepit eis porrigere cibum. Comedensq; & saturata & eructans reliquias accepit. Surrexitq; ut colligeret spicas
more colligentis. Precepitq; booz pueris suis dicens. Etiam
inter manipulos metere uolenti. nec prohibeatis eam. & offerte ei
manipulos. plenos de industria. & remittite eos
absq; rubore colligat. & colligentem nemo corripiat. Colle
git ergo mane usq; ad uesperam. & que collegerat tundens ad
instar ephi hordei quasi ephi mensuram dedit
messi modum. Quod portans reuersa est ciuitatem. ostendit
socrui sue. insuper & quos ederat cibos. reddidit. Dixitq; ei socrus. Ubi hodie collegisti. & ubi fecisti opus.
Benedictus qui misertus es tui. Indicauitq; ubi esset
operatus. & dixit nomen uiri quod operi huic presidebat.
Benedicat eum dño. qui non deseruit misericordiam suam. Et respi
ciens. Benedicit ei dominus. qui est de genere nostro. Et ruth moabitis. Etiam dixit mihi. ut iungar pueris meis donec
finem messis dominus. Et ait socrus. Melius est filia mi ut cum puellis eius egredi
aris ad metendum. ne malueris agrum quispiam resistat tibi. Iunxit
se ergo ruth puellis booz. & ita diu manens messuit. donec hor
deum & triticum mhorreis condereret. Postquam autem reuersa
est ad socrum suam. audiuit ab ea. Filia mea quies
quam debeo tibi querere. Booz iste cuius pueris iunxisti
es. propinquus est nr. & hac nocte area hordei uentilat. Lauare
ergo & unguere. & induere cultioribus uestimentis. ac descendere
aream. Nonne uidebar homo. donec esum potumq; sumeret.
Quando autem uenit ad dormiendum. nota loca in quę dormitat. ingressa
& discooperies pallium quo operit. aparte pedum & precubue
ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi quid agere debeas. Que respondit.
Quicquid precepisti faciam.

Descendens ergo in aream & fecit omnia que sibi socrus imperauerat.
Cumq; comedisset booz & bibisset. & factus esset hilarior
animo. ac dormiendi uoluptas accessisset. ingressa est latenter. & discooperto
pedibus. & pallio precubuit se. Circa mediam autem noctem expauit homo & conturbatus est. uidens mulierem
iacentem ad pedes suos. & ait illi. Quę es. Illa resp.
Ego sum ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super famu
lam tuam. quia propinquus es. Cui ille. Benedicta ingredere filia.
filia mea. & priorem misericordiam posteriore superasti. quia non es secu
ta iuuenes pauperes siue diuites. Noli ergo metuere. ea que
dixeris tibi faciam omnis enim populus qui habitat intra
portas urbis mee mulierem te esse nouit. Nec immerito appetis
quum. sed est alius me propinquior. Quiescas hac nocte &
facturus mane si uoluerit propinquitatis iure rem tenere bene est
accedet. Si autem ille noluerit. ego te absq; ulla dubitatione
suscepturus uiuit dominus. Dormi usq; mane.

Surrexit itaq; ante ut unus quisq; predet usq; ad proximum. Dixit enim
ait ne forte innotescat quod huc uenerit. Et dixit booz. Cauendum
est ne quis nouerit quod huc uenerit. Et extenso
pallium tuum quo operiris. & tene uiam. Quo tenente uiam. Mensus est sex modios hordei. & posuit super eam.
Que portans ingressa est ciuitatem. & uenit ad socrum suam.
Que dixit ei. Quid egisti filia. Narrauitq; ei omnia quę ei
fecisse homo dixerat. Et sex modios hordei dedisse sibi. dicens.
Nolo uacuam reuerti ad socrum tuam. Dixitq; socrus. Expecta
filia donec uideam quę res cadere habeat. Nouit enim
cessaturum hominem. nisi ampleuerit ꝙ locutus est. Ascendit ergo
booz ad portam & sedet ibi. Cumq; iudisset. propinquum
preterire de quo prius sermo habitus est. dixit ad eum.
Declina paulisper & sede hic. nouans eum nomine. Qui
diuertit & sedit. Collectis autem booz x. uiris de senioribus ciui
tatis. dixit ad eos. Sedete hic. Quibus uidentibus. ita
est ait propinquum. Parce agrum fratris mei elimelech. uen
dere noemi que reuersa est de regione moabitide. Quod audi
re debuit & tibi dicere coram civibus sedentibus & maioribus
populi mei. Si emere uis. eme. Si non uis. indica mihi. ut sciam
quid facere debeam. Nullus est enim propinquus preter te qui emat
& me quidem post tuum. Ille resp. Ego emam. Cui booz
Quando emeris agrum de manu mulieris. ruth iuxta mortuum
quę uxor defuncti fuit debes accipere. ut suscites nomen proximi
mortui super hereditate sua. Quo audito. propinquus ait. Non
possum ne forte subuertam hereditatem meam. Cede tu iure propinquitatis
mihi. quia ego uincere non ualeo. Erat autem mos antiquis in israhel in
terpropinquo ne fieret
alteri alie iura cedebat. ut confirmaretur sermo. Solebat
calceamentum suum. & dabat proximo suo. Et hoc erat testi
monium cessionis in israhel. Dixit ergo propinquus booz. Tolle
calceamentum meum. Qui statim soluit de pede suo. Et dedit ei. Coram
ciuibus. natis. & uniuerso populo testibus. Hoc ergo quod
possedi modo omnia quę fuerant elimelech. & chelon
maallon tradente noemi. & ruth moabitide uxore maallon
in coniugium sumpserim ut suscitem nomen defuncti
de hereditate sua. ne uocabulum eius & de familia sua. deleatur. Vos
inquam huius rei estis testes. Respondit populus quicquid in porta
& maiores natu. Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mu
lierem que ingreditur domum tuam sicut rachel & lia que edificauerint
domum israel. ut sis exemplum in tribu ephrata. & habeas celebre
nomen in bethleem. Fiatq; domus tua sicut domus phares quem tha
mar peperit iude. de semine quod dederit tibi dns ex hac puella.
Tulit ergo booz ruth & accepta uxorem. ingressusq; ad eam
& reddente illi dño conceptum. peperit filium. Dixeruntq;
mulieres ad noemi. Benedictus dominus qui non fecit hodie
cessare sanguinem tuum. nominetur nomen eius in israhel. habeas quem
solet anima tua. & consolatorem senectutis tue. De nuru tua natus
est qui te diligit. & amplius te nouerit quam septem habuisse
filios. Suscepitq; noemi puerum. & posuit in sinu suo. & nutrice
accumbit ei. Vicine aut mulieres congratulaban

et ℞ dicentes. vae ℞ illis. quoniam. uocauerunt eum. quem obscurauerunt. h.
Hec dicit dñs. ℞ patris uestre. ubi est libellus repudii matris uestre. Ubi
est quibus uendidi eum. ecce propter iniquitates uestras uenditi estis. et
propter scelera uestra dimissa est mater uestra. Quare uenientibus non
respondistis. uocauimus. et non fuit qui audiret. Numquid abreuiata est
manus mea quasi non possit redimere. aut non est in me fortitudo ad liberandum.
ecce in increpatione mea deserta faciam mare. et ponam flumina in siccum.
computrescent pisces eorum. eo quod non sit aqua. et mortui fuerint in
siti. Induam caelos tenebris. et saccum ponam tegumentum eorum. Dominus
dedit mihi linguam eruditam. ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo.
mane consurget mane auribus meis. ut audiam sicut magistrum. Dominus aperuit
mihi aurem. ego autem non contradico. retrorsum non abii. dorsum meum dedi
percutientibus. et genas meas vellentibus. faciem meam non auerti a confusione
sputorum. Et dominus auxiliator meus. propterea non sum confusus. propterea
posui faciem meam ut petram durissimam. et scio quoniam non confundar. Prope
est qui iustificat me. quis contradicit mihi. stemus simul. quis est adversarius
meus. accedat ad me. Ecce dominus auxiliator meus. quis est qui condemnet me.
ecce omnes sicut vestimentum conterentur. et tinea comedet eos. Quis in vobis
timens dominum. audiat vocem pueri eius. qui ambulat in tenebris. et non
lucet ei. speret in nomine domini. et innitatur super deum suum. Ecce vos
omnes accendentes ignem. circumdati flammis. ambulate in lumine ignis vestri.
et flammis quas succendistis. de manu mea factum est vobis. in dolore dormietis.
Audite me qui sequimini quod iustum est. et quaeritis dominum. Attendite ad
petram unde excisi estis. et ad cavernam lacus de quo effossi estis. Attendite
ad Abraham patrem vestrum. et ad Saram quae peperit vos. quia unum vocavi
eum. et benedixi ei. et multiplicavi eum. Consolatus est ergo dominus Sion.
et consolatus est omnes ruinas eius. et posuit desertum eius quasi delicias.
et solitudinem eius quasi hortum domini. gaudium et laetitia invenietur in ea.
gratiarum actio et vox laudis. Populus meus attendite mihi. et gens mea
auribus percipite me. quia lex a me exibit. et iudicium meum in lucem populorum
requiescet. Prope est velociter iustus meus. egressus est salvator meus. et
brachia mea populos iudicabunt. me insulae exspectabunt. et brachium meum
sustinebunt. Levate in caelum oculos vestros. et videte subter terram deorsum.
quia caeli sicut fumus liquescent. et terra sicut vestimentum obsolescet.
habitatores autem eius sicut haec interibunt. salus autem mea in aeternum
manet. et iustitia mea non derelinquetur. Audite me qui scitis iustum. populus
meus qui legem meam in corde suo portat. nolite timere opprobrium hominum.
et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum comedet eos tinea.
et sicut lanam vermis devorabit eos. Iustitia autem mea in aeternum erit.
et salus mea in generationem generationis. Exsurge exsurge induere fortitudine
brachium domini. exsurge sicut in die antiqua in generationibus saeculorum.
Nonne tu percussisti superbum vulnerasti draconem. Nonne tu siccasti mare
aquas abyssi multae. posuisti profundum maris viam ut transirent liberati.
Et nunc redemptiones domini convertentur. et venient in Sion laudantes.
et laetitia sempiterna super capita eorum. gaudium et exsultatio comprehendet
eos. fugiet dolor et gemitus. Ego ego sum qui consolor vos. Quis tu ut timeas
ab homine mortali. et a filio hominis quasi fenum datus fueris. et obliviscaris
domini factoris tui. qui tetendit caelos. et fundavit terram. et timuisti
assidue tota die a facie furoris eius qui tribulabat te. et quasi paratus erat
perdere. ubi nunc est furor tribulantis. festinat ut aperiatur clausus. et non
interficiat usque ad internecionem. nec desit panis ei. Ego autem dominus deus
tuus qui conturbo mare. et sonant fluctus eius. dominus exercituum nomen meum.
Et posui verba mea in ore tuo. et in umbra manus meae protexi te. ut figam
caelos. et fundem terram. et dicam Sion. populus meus es tu. Expergiscere
expergiscere. et consurge Hierusalem. quae bibisti de manu domini calicem irae
eius. usque ad fundum calicis soporis bibisti et epotasti. Non est qui sustentet
eam ex omnibus filiis quos genuit. et non est qui apprehendat manum eius ex
omnibus filiis quos enutrivit. duo haec venerunt tibi. quis contristabitur
super te. vastitas et contritio. et fames et gladius. quis consolabitur tibi.
filii tui projecti dormierunt in capite omnium viarum sicut oryx illaqueatus
plenus indignatione domini. increpationem dei tui. Propterea audi quaeso
humiliata et ebria et non a vino. Haec dicit dominus deus tuus qui iudicabit
populum meus. Ecce tuli de manu tua calicem soporis. fundum calicis indignationis
meae non adjicies ultra ut bibas illum. et ponam eum in manu calcantium te.
qui dixerunt animae tuae curva ut transeamus. et posuisti ut terram corpus
tuum. et quasi viam transeuntibus. Exsurge exsurge induere fortitudine tua
Sion. induere vestimentis gloriae tuae Hierusalem civitas sancti. quia non
adjicient ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excutere de
pulvere consurge sede Hierusalem. solve vinculum colli tui captiva filia Sion.
Quia haec dicit dominus. gratis venundati estis. et sine pecunia redimemini.
Quia haec dicit dominus deus. in principio descendit populus meus in Aegyptum
ut peregrinaretur ibi. et Assur absque causa calumniatus est eum. Et nunc
quid mihi est hic dicit dominus. quoniam ablatus est populus meus gratis.
dominantes eius inique agunt ait dominus. et assidue tota die nomen meum
blasphematur. propterea sciet populus meus nomen meum in die illa. quia ego
ipse qui loquebar ecce adsum. Quam speciosi super montes pedes annuntiantis
et praedicantis pacem. annuntiantis bonum. praedicantis salutem. dicentis
Sion regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum levaverunt vocem. simul
laudabunt. quia oculo ad oculum videbunt cum convertet dominus Sion. Gaudete
et laudate simul deserta Hierusalem. quia consolatus est dominus populum suum.
redemit Hierusalem. Paravit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium
gentium. et videbunt omnes termini terrae salutare dei nostri. Recedite recedite
exite inde. et immundum ne tetigeritis. exite de medio eius mundamini qui
fertis vasa domini. Quia non in festinatione exibitis. et cum fuga non ibitis.
praecedet enim vos dominus. et congregabit vos deus Israel. Ecce intelleget
puer meus. exaltabitur et elevabitur et sublimis erit nimis. Sicut obstupescent
super te multi. sic inglorius erit inter viros aspectus eius. et forma eius
inter filios hominum. sic aspergere gentes multas. super ipsum continebunt
reges os suum. quia quibus non est narratum de eo. videbunt. et qui non audierunt
contemplabuntur. Quis credidit auditui nostro. et brachium domini cui revelatum
est. Et ascendet sicut virgultum coram eo. et sicut radix de terra sitienti.
non est species ei neque decor. et vidimus eum. et non erat aspectus. et
desideravimus eum. despectum et novissimum virorum virum dolorum et scientem
infirmitatem. et quasi absconditus vultus eius et despectus. unde nec reputavimus
eum. Vere languores nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse portavit.
et nos putavimus eum quasi leprosum. et percussum a deo et humiliatum.
Ipse autem vulnerabitur propter iniquitates nostras. attritus est propter
scelera nostra. disciplina pacis nostrae super eum. livore eius sanati sumus.
Omnes quasi oves erravimus. unusquisque in viam suam declinavit. et posuit
dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit. et non
aperuit os suum. sicut ovis ad occisionem ducetur. et quasi agnus coram tondente
se obmutescet. et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est.
generationem eius quis enarrabit. quia abscisa est de terra viventium. propter
scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura. et divitem pro
morte sua. eo quod iniquitatem non fecerit. neque dolus fuerit in ore eius.
Et dominus voluit conterere eum in infirmitate. si posuerit pro peccato
animam suam. videbit semen longaevum. et voluntas domini in manu eius dirigetur.
Pro eo quod laboravit anima eius. videbit et saturabitur. in scientia sua
justificabit ipse justus servus meus multos. et iniquitates eorum ipse portabit.
Ideo dispertiam ei plurimos. et fortium dividet spolia. pro eo quod tradita
in mortem anima eius. et cum sceleratis reputatus est. et ipse peccata multorum
tulit. et pro transgressoribus rogavit. Lauda sterilis quae non paris. decanta
laudem et hinni quae non parturis. quia multi filii desertae magis quam eius
quae habet virum. dicit dominus. Dilata locum tentorii tui. et pelles tabernaculorum
tuorum extende. ne parcas. longos fac funiculos tuos. et cuneos tuos firma.
ad dexteram enim et sinistram penetrabis. et semen tuum gentes hereditabit.
et civitates desertas inhabitabunt. Noli timere quia non confunderis. et non
te pudeat quia non erubescis. quia confusionem aeternam possidebis. et opprobrium
viduitatis tuae non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te.
dominus exercituum nomen eius. et redemptor tuus sanctus Israel. deus omnis
terrae vocabitur. Quasi mulierem derelictam et maerentem spiritu vocavit te
dominus. et quasi uxorem adolescentiae quae abjecta est dixit deus tuus.
In momento modico dereliqui te. et in miserationibus magnis congregabo te.
In modico indignationis in parte momenti abscondi faciem meam parumper a te.
et in misericordia sempiterna misertus sum tui. dixit redemptor tuus dominus.
Sicut enim aquae diluvii Noe istae mihi sunt. cui juravi ne inducerem aquas
diluvii Noe ultra super terram. sic juravi ut non irascar tibi. et non increpem
te. Montes enim commovebuntur. et colles concutientur. misericordia autem mea
non recedet a te. et foedus pacis meae non movebitur. dixit misericors tibi
dominus. Paupercula tempestate jactata et absque consolatione. ecce ego sternam
pro carbunculo lapidem tuum. et fundamenta tua zaphiro. et ponam propugnacula
tua in jaspide. et portas tuas in lapidibus sardonychinis. et omnes filios tuos
doctos a domino. et multitudinem pacis filiorum tuorum. In justitia firmaberis.
recede a calumnia. quia non timebis. et a pavore. quia non appropinquabit tibi.
Ecce accolae congregabuntur. absque me ruent. qui congregati fuerint contra
te propter te cadent. Ecce ego creavi fabrum flantem in prunis ignis. et
proferentem sibi vas in operationem suam. et ego creavi ad perdendum. Omne
vas quod fictum fuerit contra te non proficiet. et omnem linguam resistentem
tibi in judicio condemnabis. Haec est hereditas servorum domini. et justitia
eorum apud me dicit dominus. Omnes sitientes venite ad aquas. et qui non habetis
argentum festinate emite et comedite. venite emite absque argento et absque
ulla commutatione vinum et lac. Quare appenditis argentum non in panibus.
et laborem vestrum non in saturitate. Audite audientes me. et comedite bonum.
et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram et venite
ad me. audite et vivet anima vestra. et feriam vobiscum pactum sempiternum.
misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum. principem ac
praeceptorem gentibus. Ecce gentem quam nescisti vocabis. et gentes quae te
non cognoverunt ad te current propter dominum deum tuum. et sanctum Israel
quia glorificavit te. Quaerite dominum dum inveniri potest. invocate eum dum
prope est. Derelinquat impius viam suam. et vir iniquus cogitationes suas.
et revertatur ad dominum. et misericordiam consequetur. quia multus est ad
ignoscendum. Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae. neque viae vestrae
viae meae dicit dominus. Sed quomodo descendit imber et nix de caelo. et illuc
ultra non revertitur. nisi inebriaverit terram et infundat eam. et germinare
eam faciat. et det semen seminanti. et panem comedenti. sic erit verbum meum
quod egredietur de ore meo. non revertetur ad me vacuum. sed faciet quaecumque
voluit. et prosperabitur in his ad quae misi illud. Quia in gaudio egredimini.
et in pace reducemini. montes et colles laudabunt coram vobis laudationem.
et omnia ligna regionis plaudent manu. pro rubo ascendet abies. et pro urtica
ascendet myrtus. et erit dominus nominatus in signum aeternum quod non auferetur.
Haec dicit dominus. custodite judicium. et facite justitiam. quia juxta est
salus mea ut veniat. et justitia mea ut reveletur. Beatus homo qui faciet hoc.
et filius hominis qui apprehendet istud. custodiens sabbatum ne polluat illud.
custodiatque manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius advenae qui
adhaeret domino dicens. separatione separabit me dominus a populo suo. et non
dicat eunuchus. ecce ego lignum aridum sum. Haec enim dicit dominus eunuchis.
qui custodierint sabbata mea. et elegerint quae ego volui. et tenuerint
fortiter foedus meum. dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen
melius a filiis et filiabus. nomen sempiternum dabo eis. quod non auferetur.
Filios autem alienigenarum qui adhaerent domino. ut colant eum. et diligant
nomen domini. ut sint ei in servos. omnes custodientes sabbatum ne polluant
illud. et tenentes foedus meum. adducam eos in montem sanctum meum. et laetificabo
eos in domo orationis meae. holocausta eorum et victimae placebunt mihi super
altare meum. quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Ait
dominus deus qui congregat dispersiones Israel. congregabo ad eum alios
congregatos ejus. Omnes bestiae agri venite ad devorandum. universae bestiae
saltus. Speculatores ejus caeci omnes nescierunt universi. canes muti non
valentes latrare. videntes vana dormientes. et ipsi canes impudentissimi nescierunt
saturitatem. et ipsi pastores nescierunt intellectum. omnes in viam suam
declinaverunt. unusquisque ad avaritiam suam a summo usque ad novissimum.
Venite sumamus vinum. et impleamur ebrietate. et erit sicut hodie. sic et cras
et amplius. Justus perit. et non est qui recogitet corde. et viri misericordiae
tolluntur. et non est qui intelligat. a facie enim malitiae sublatus est justus.
et erit pax ejus in memoria. Appropinquate huc filii auguris. semen adulteri
et fornicariae. super quem lusistis. super quem dilatastis os. et emisistis
linguam. numquid non vos filii scelesti. semen mendax. qui consolamini in diis
sub omni ligno frondoso. et immolatis victimas parvulis in torrentibus subter
foramina petrarum. In partibus torrentis pars tua. ipsa sors tua. et ipsis
libasti libamina. obtulisti sacrificium. Numquid super his non indignabor.
Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum. et illuc ascendisti
ut immolares victimas. Et post ostium et postes posuisti memoriale tuum.
Recedens enim a me discooperuisti cubile tuum. et ascendens locum praeparasti
tibi. et elegisti ex eis dilectos cubili tuo. et respexisti manum. Et ornasti
regem unguentis. et multiplicasti cultum tuum. et misisti legatos tuos procul.
et humiliata es usque ad inferos. In multitudine viae tuae laborasti. non dixisti
quasi desperata. Vitam manus tuae invenerunt. propterea non infirmaberis.
Pro quo timuisti et expavisti quia mentita es. et mei non es recordata. nec
posuisti in corde tuo. quia ego tacens et quasi non videns. et mei non timuisti.
Ego annuntiabo justitiam tuam. et opera tua non proderunt tibi. Cum clamaveris
non liberent te congregationes tuae. quas omnes ventus tollet. aura auferet.
qui autem sperat in me possidebit terram. et hereditabit montem sanctum meum.
Et dicetur. Viam parate viam. tollite offendicula de via populi mei. Haec enim
dicit excelsus et sublimis habitans aeternitatem. sanctum nomen ejus. Excelsus
et sanctus habito. et cum contrito et humili spiritu. ut vivificem spiritum
humilium. et vivificem cor contritorum. Propter iniquitatem avaritiae ejus
percussi eum. et abscondi faciem meam. et indignatus dereliqui eum. et abiit
vagus in via desiderii sui. Vias ejus vidi. et sanabo eum. et reducam eum.
et reddam consolationes ei. et lugentibus eius. Creavi enim laudem labiorum.
pax pax longe et prope. dicit dominus. et sanabo eum. Quasi mare fervens quod
quiescere non potest. et redundant aquae ejus. conturbabunt lutum et sordes.
non est pax impiis. dicit dominus deus. Clama ne cesses. quasi tuba exalta
vocem tuam. et annuntia populo meo scelera eorum. et domui Jacob peccata eorum.
Me enim die quaerunt. et scientiam viarum meum volunt. quasi gens quae justitiam
fecerit. et judicium dei sui non dereliquerit. interrogant me judicia justitiae.
et appropinquare deo volunt. Quare jejunavimus et non aspexisti. humiliavimus
animas nostras et nescisti. Ecce in die voluntatum vestrarum invenitur voluntas
vestra. et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones
jejunatis. et percutitis pugno impie. Non jejunetis sicut usque ad hanc diem.
ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est jejunium quod elegi.
per diem affligere hominem animam suam. Si contorquere quasi circulum collum
ejus. et cilicio et cinere stratum ejus substernere. Numquid vocabis istud
jejunium. et diem acceptabilem domino. Nonne hoc magis est jejunium quod elegi.
dissolve colligationes impietatis. solve fasciculos deprimentes. dimitte
confractos liberos. et omne onus dissipate. Frange esurienti panem tuum. et
egenos vagosque introduc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum. et carnem
tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. et sanitas tua citius
orietur. et ante faciem tuam ambulabit justitia tua. et gloria domini colliget
agmen tuum. Tunc invocabis et dominus exaudiet. clamabis et dicet adsum.
Si auferas de medio tui vinculum. et suspicionem digitumque loquaris inutile.
et effundas esurienti animam tuam. et animam afflictam repleveris. orietur in
tenebris lux tua. et tenebrae tuae erunt sicut meridies. et requiem tibi dabit
dominus semper. et implebit splendoribus animam tuam. et ossa tua liberabit.
et eris quasi hortus irriguus. et sicut fons aquarum cujus non deficient aquae.
Et aedificabuntur in te solitudines saeculorum. fundamenta generationis et
generationis suscitabis. et vocaberis aedificator sepium. convertens semitas
ad habitandum. Si avertas a sabbato pedem tuum. facere voluntates tuas in die
sancto meo. et vocaveris sabbatum delicatum. et honorificum sanctum domini.
et honorificaveris eum dum non facis vias tuas. et non invenitur voluntas tua
ut loquaris verbum. tunc super dominum fortitudine. et sustentabo te super
altitudines terrae. et cibabo te hereditate Jacob patris tui. os enim domini
locutum est haec. Ecce non est abbreviata manus domini ut salvare nequeat.
neque aggravata est auris ejus ut non exaudiat. sed iniquitates vestrae
diviserunt inter vos et deum vestrum. et peccata vestra absconderunt faciem
ejus a vobis ne audiat. Manus enim vestrae pollutae sunt sanguine. et digiti
vestri iniquitate. labia vestra locuta sunt mendacium. et lingua vestra
iniquitatem meditata est. Non est qui loquatur justitiam. nec est qui judicet
vere. Confidunt in vanitate et loquuntur mendacium. concipiunt dolorem et
generant iniquitatem. Ova aspidum ruperunt. et telas aranearum texuerunt.
Qui comederit ex ovis eorum morietur. et quod confractum fuerit erumpet in
basiliscum. Telae eorum non erunt in vestimentum. nec operientur operibus suis.
opera eorum opera nequissima. et opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum
ad malum currunt. et festinant ut effundant sanguinem innocentem. Cogitationes
cogitationes pessimae. vastitas et contritio in semitis eorum. Viam pacis
nescierunt. et non est judicium in gressibus eorum. Pravas fecerunt sibi
semitas. omnis calcans eas ignorabit pacem. Idcirco longe facta est justitia
a nobis. et non apprehendet nos justitia. Exspectavimus lucem. et ecce tenebrae.
splendorem. et in obscuro ambulavimus. Palpavimus parietem quasi caecus. et
quasi sine oculis offendimus. Impegimus in meridie quasi in nocte. in obscuris
quasi mortui sine luce. Rugiemus quasi ursi omnes. et quasi columbae meditantes
gemitum. Exspectavimus judicium. et non est. salutare. et longe factum est a
nobis. Coram te enim multiplicata sunt peccata nostra. et delicta nostra
contra nos testificata sunt. quia iniquitates nostrae nobiscum sunt. et
scelera nostra cognovimus. Peccavimus mentiti sumus. et recessimus a deo nostro.
Locuti sumus calumniam et discessionem. concepimus et eructavimus de corde
verba mendacii. Et conversa est retrorsum judicium. et justitia longe stetit.
quia corruit in platea veritas. et aequitas non potuit intrare. Et facta est
veritas quaerens. et declinans a malis praedabatur. Et vidit dominus. et
displicuit in oculis ejus quia perit veritas. Et vidit quia non est vir. et
admiratus est quia non est qui occurreret. et salvavit sibi brachium. et
justitia illa confirmavit eum. Et induit se justitia sicut lorica. et galea
salutis in capite ejus. Induit se vestimentis ultionis. et operuit quasi pallio
zelum. Quasi ad vindictam quasi ad retribuendum indignationi hostibus. et
vicissitudinem inimicis. Insulis vicissitudinem retribuet. Et timebunt qui ab
occidente nomen domini. et qui ab ortu solis gloriam ejus. Cum venerit quasi
fluvius violentus. quem spiritus domini cogit. Et venit propter Sion
redemptor. et propter eos qui revertuntur ab iniquitate in Jacob. dicit dominus.
Et ego foedus meum illis dicit dominus. Spiritus meus qui est in te. et verba
mea quae posui in ore tuo non recedent de ore tuo. et de ore seminis tui. et
de ore seminis seminis tui. dicit dominus. amodo et usque in sempiternum.
Surge illuminare Hierusalem. quia venit lumen tuum. et gloria domini super te
orta est. Quia ecce tenebrae operient terram. et caligo populos. super te autem
orietur dominus. et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine
tuo. et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos et vide.
omnes isti congregati venerunt tibi. filii tui de longe venient. et filiae tuae
de latere surgent. Tunc videbis et affluens. et mirabitur et dilatabitur cor
tuum. quando conversa fuerit ad te multitudo maris. fortitudo gentium venerit
tibi. Inundatio camelorum operiet te. dromedarii Madian et Epha. omnes de Saba
venient. aurum et thus deferentes. et laudem domino annuntiantes. Omnes greges
Cedar congregabuntur tibi. arietes Nabaioth ministrabunt tibi. offerentes
placabiles super altare meum. et domum majestatis meae glorificabo. Qui sunt
isti qui ut nubes volant. et quasi columbae ad fenestras suas. Me enim insulae
exspectabunt. et in principio naves maris. ut filios tuos de longe adducant.
argentum eorum et aurum cum eis. nomini domini dei tui. et sanctum Israel.
quia glorificavit te. Et aedificabunt filii alienigenae muros tuos. et reges
eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussi te. et in misericordia
mea misertus sum tui. Et aperientur portae tuae jugiter. die ac nocte non
claudentur. ut afferatur ad te fortitudo gentium. et reges eorum adducantur.
Gens enim et regnum quae non servierit tibi peribit. et gentes solitudine
vastabuntur. Gloria Libani ad te veniet. abies et pinus et buxus simul. ad
ornandum locum sanctuarii mei. et locum pedum meorum glorificabo. Et venient
ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te. et adorabunt vestigia pedum tuorum
omnes qui detrahebant tibi. et vocabunt te civitatem domini. Sion sanctum Israel.
Pro eo quod fuisti derelicta et odibilis. et non erat vir in te. ponam te in
superbiam saeculorum. gaudium in generationem et generationem. Et sugens lac
gentium. et mamilla regum lactaberis. et scies quia ego dominus salvator tuus.
et redemptor tuus fortis Jacob. Pro aere adducam aurum. et pro ferro argentum.
et pro lignis aes. et pro lapidibus ferrum. et ponam visitationem tuam pacem.
et praepositos tuos justitiam. Non audietur ultra iniquitas in terra tua.
Redemptor noster dominus exercitum sanctus israhel nomen illius. Sede tace in tenebras filia chaldee quia non uocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super populum meum contaminaui hereditatem meam. Dedi eos manui tua non posuisti eis misericordias super senem aggrauasti iugum tuum ualde. Et dixisti in sempiternum ero domina non posuisti hec super cor tuum nec recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hec delicata habitans confidens que dicis in corde tuo. Ego sum & non est amplius preter me non sedebo uidua & ignorabo sterilitatem. Ueniet tibi hec duo subito in die una sterilitas & uiduitas. Uenient super te propter multitudinem maleficiorum tuorum & propter duritiam incantationum tuarum uehementer. Et fiducia habuisti in malitia tua & dixisti non est qui uideat me. Sapientia tua & scientia tua hec decepit te & dixisti in corde tuo. Ego sum & preter me non est altera. Ueniet super te malum & nescies ortum eius & irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Ueniet super repentina miseria quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua si forte quid prosit aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent & saluent te augures celi qui contemplabantur sydera & supputabant menses tuos ut ex eis annuntiarent uentura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula ignis combuxit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammę. Non sunt prunę quibus calefiant nec focus ut sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi in quibus cum laborasti. Negotiatores tui ab adolescentia tua unusquisque in uiam suam errauerunt. Non est qui saluet te. Audite hoc domus iacob qui uocamini nomine israhel & de aquis iuda existis qui iuratis in nomine domini & in israhel recordamini non in ueritate neque in iustitia. Quia de ciuitate sancta uocati sunt & super deum israhel constabilimini. Dominus exercituum nomen eius. Prima ego annunciaui & ex ore meo exierunt & audita feci ea. Repente operatus sum & uenerunt. Scio enim quia dure es tu & nerui ferrei cervix tua & frons tua erea. Predixi tibi ex eo. antequam ueniret indicaui tibi ne forte diceres ydola mea fecerunt hec & sculptilia mea & conflatilia mandauerunt ista quę audisti. Uide omnia. Nos ea annunciastis. Audita facta tibi noua ex eo. & conseruata & nescisti. Nec creata sunt & non ex eo. & ante diem & non audisti ea. ne forte dicas ecce ego cognoui ea. Neque audisti. neque cognouisti. neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia prauicando prauicabis & transgressione transgressor uocaberis. Propter nomen meum longe facio furorem meum & laude mea infrenabo te. ne intereas. Ecce excoxi te. non quasi argentum elegi te. Examino paupertatis propter me. Propter me faciam ut blasphemer. & gloriam meam alteri non dabo. Audi me iacob & israhel quem ego uoco. Ego ipse. ego primus & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram & dextera mea mensa est celorum. Ego uocabo eos & stabunt simul. Congregamini simul omnes uos & audite. Quis de eis annunciabit hec. Dominus dilexit eos. Faciet uoluntatem suam in babilone & brachium suum in chaldeis. Ego ego locutus sum & uocaui eum. Et adduxi eum & directa est uia eius. Accedite ad me & audite hoc. Non a principio in abscondito locutus sum. ex tempore antequam fierent ibi eram. Et nunc dominus misit me & spiritus eius.

Hec dicit dominus redemptor tuus sanctus israhel. Ego dominus deus tuus docens te utilia gubernans te in uia qua ambulabas. Utinam attendisses mandatis meis facta fuisset sicut fluuius pax tua & iustitia tua sicut gurgites maris. & fuisset quasi arena semen tuum & frutus uentris ut lapilli eius. Non interisset & non fuisset abscisum nomen eius a facie mea. Egredimini de babilone fugite de chaldeis. In uoce exultationis annunciate & audiatur hoc & ferte illud usque ad ultimum terre. Dicite. Redemit dominus seruum suum iacob. Non sitierunt cum deduceret eos. Aquam de petra produxit eis. & scidit petram & fluxerunt aque.

Ego dominus loquens iustitiam. annuncians rectum. Congregamini & uenite. & accedite simul. qui saluati estis de gentibus. Nescierunt qui leuant signum sculptum suum. & rogant deum non saluantem. Annunciate & uenite. & consultatum simul. Quis audiuit hoc ab initio. Ecce post illud. nunquid non ego dixi. Deus iustus & saluans nonne prope me. Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terre quia ego deus. & non est alius. In memetipso iuraui. egredietur de ore meo iustitia uerbum. & non reuertetur. quia mihi curuabitur omne genu. & iurabit omnis lingua. Ego autem dixi. Me iustificabitur & magnificabitur omnis. Et ego uidi & ecce omnes qui repugnabant ei. Iudicium iustificabitur & laudabitur omne semen israhel. Constat est bel. conturbatus est nabo. facta sunt simulacha eius bestiis & iumentis. Onera uestra grauia ponderi sunt. ad lassitudinem conturbauerunt. & conterta sunt simul. Non potuerunt saluare portantes. & anima eorum captiua abiit.

Audite me omnis domus iacob. & omne residuum israhel. qui portamini a meo utero. qui gestamini a me a matrice. Et usque ad senectam ego ipse. & usque ad canos ego portabo. Ego feci. & ego feram. & ego portabo & saluabo. Cui assimilastis me & adequastis. & comparastis me. & fecistis similem. qui conferunt aurum de sacculo. & argentum statera ponderauerunt. conduxerunt aurificem ut faceret deum. & prodiit. & adorauerunt portauerunt illum in humeris gestauerunt & ponentes in loco suo. & stabit de loco suo non mouebitur. Sed & dum clamauerit ad eum non audiet. & de tribulatione non saluabit eos. Memento horum & confundamini. redite preuaricatores ad cor. Recordamini priorum ueterum quia ego sum deus. & non est ultra deus. nec simile mei annuncians ab exordio nouissima & antequam fiant dicens. Consilium meum stabit & omnis uoluntas mea fiet. Uocans ab oriente auem & de terra longinqua uirum uoluntatis mee. Et locutus sum & adducam illud. Creaui & faciam illud. Audite me duri corde qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam & non elongabitur & salus mea non morabitur. Dabo in syon salutem & israhel gloriam meam. Descende sede in puluere uirgo filia babilon sede in terra non est solium filie chaldee quia ultra non uocaberis mollis & tenera. Tolle molam & mole farinam denuda turpitudinem tuam discooperi humerum reuela crus transi flumina. Reuelabitur ignominia tua & uidebitur opprobrium tuum. Ultionem capiam & non resistet mihi homo.

Redemptor noster dominus exercituum. sanctus israhel nomen illius. Sede tace in tenebras filia chaldee quia non uocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super populum meum contaminaui hereditatem meam. & dedi eos manui tua non posuisti eis misericordias super senem aggrauasti iugum tuum ualde. & dixisti in sempiternum ero domina non posuisti hec super cor tuum. nec recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hec delicata & habitans confidens que dicis in corde tuo. Ego sum. & non est amplius preter me. non sedebo uidua. & ignorabo sterilitatem. Ueniet tibi hec duo subito in die una. sterilitas & uiduitas. Uenient super te propter multitudinem maleficiorum tuorum. & propter duritiam incantationum tuarum uehementer. Et fiducia habuisti in malitia tua. & dixisti. Non est qui uideat me. Sapientia tua & scientia tua hec decepit te. & dixisti in corde tuo. Ego sum & preter me non est altera. Ueniet super te malum & nescies ortum eius. & irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Ueniet super repentina miseria quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis. & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua si forte quid prosit aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent & saluent te augures celi qui contemplabantur sydera & supputabant menses tuos. ut ex eis annunciarent uentura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula ignis combuxit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammę. Non sunt prunę quibus calefiant. nec focus ut sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi in quibus cum laborasti. Negotiatores tui ab adolescentia tua. unusquisque in uiam suam errauerunt. non est qui saluet te. Audite hoc domus iacob qui uocamini nomine israhel & de aquis iuda existis qui iuratis in nomine domini. & in israhel recordamini. non in ueritate neque in iustitia. Quia de ciuitate sancta uocati sunt & super deum israhel constabilimini. Dominus exercituum nomen eius. Prima ego annunciaui. & ex ore meo exierunt & audita feci ea. Repente operatus sum & uenerunt. Scio enim quia dure es tu & nerui ferrei cervix tua. & frons tua erea. Predixi tibi ex eo. antequam ueniret indicaui tibi. ne forte dicares ydola mea fecerunt hec & sculptilia mea & conflatilia mandauerunt ista quę audisti. Uide omnia. Nos ea annunciastis. Audita facta tibi noua ex eo. & conseruata & nescisti. Nec creata sunt & non ex eo. & ante diem & non audisti ea. ne forte dicas ecce ego cognoui ea. Neque audisti. neque cognouisti. neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia prauicando prauicabis & transgressione transgressor uocaberis. Propter nomen meum longe facio furorem meum & laude mea infrenabo te. ne intereas. Ecce excoxi te. non quasi argentum elegi te. Examino paupertatis propter me. Propter me faciam ut blasphemer. & gloriam meam alteri non dabo. Audi me iacob & israhel quem ego uocaui. Ego ipse. ego primus & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram & dextera mea mensa est celorum. Ego uocabo eos & stabunt simul. Congregamini simul omnes uos & audite. Quis de eis annunciabit hec. Dominus dilexit eos. faciet uoluntatem suam in babilone & brachium suum in chaldeis. Ego ego locutus sum & uocaui eum. Et adduxi eum & directa est uia eius. Accedite ad me & audite hoc. Non a principio in abscondito locutus sum. ex tempore antequam fierent ibi eram. Et nunc dominus misit me & spiritus eius.

Hec dicit dominus redemptor tuus sanctus israhel. Ego dominus deus tuus docens te utilia. gubernans te in uia qua ambulabas. Utinam attendisses mandatis meis facta fuisset sicut fluuius pax tua & iustitia tua sicut gurgites maris. & fuisset quasi arena semen tuum. & frutus uentris ut lapilli eius. Non interisset & non fuisset abscisum nomen eius a facie mea. Egredimini de babilone fugite de chaldeis. In uoce exultationis annunciate & auditum facite hoc & ferte illud usque ad ultimum terre. Dicite. Redemit dominus seruum suum iacob. Non sitierunt cum deduceret eos. Aquam de petra produxit eis. & scidit petram & fluxerunt aque.

Non est pax dicit dominus impijs. Audite insule. & adtendite pplī de longe. Dominus ab utero vocauit me. de uentre matris mee recordatus est nominis mei. & posuit me ut gladium acutū. In umbra manus sue protexit me. & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me. & dixit mihi. Seruus meus es tu israel. quia in te gloriabor. Et ego dixi. In uanū laborauī. sine causa & uane fortitudinē meā consumpsi. Ergo iudicium meum cū dño. & opus meū cum deo meo. Et nunc dicit dominus formans me ex utero seruum sibi. ut reducā iacob ad eum. & israel non congregabit. Et glorificatus sum in oculis domini. & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus iacob. & fecis israel conuertendo conuertere. Ecce dedi te in lucē gentium. ut sis salus mea usq; ad extremum terre. Hec dicit dominus deus israel redemptor eius. & conceptibili anime. & abhominata gentis. & seruum dominorum. Reges uidebunt & consurgent principes. & adorabunt ppter dominum qz fidelis est. & sanctus israel qui elegit te.

Hec dicit dominus. In tempore placito exaudiui te. & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te. & dedi te in fedus populum ut suscitares terram. & possideres hereditates dissipatas. ut diceres his qui uincti sunt egredere. & his qui in tenebris reuelamini. In uiis pascent. & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient neq; sitient & non percutiet eos estus & sol. quia miserator eorum reget eos. & ad fontes aquarum portabit eos. Et ponā omnē montem meum in uiam. & semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe uenient. & ecce illi ab aquilone & mari. & isti de terra australi. Laudate gentes exultate celi tellus iubilate montes laude quia consolatus est dominus populum suum. & pauperum suorum miserebitur. Et dixit sion. Reliquit me dominus. & dns obliuiscet mei. Nunqd obliuiscī potest mulier infantem suum. ut non miseretur filio uentris sui. Et si illa oblita fuerit. ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui destruentes te. & dissipantes a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos & uide. omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. Viuo ego dicit dominus. quia omnibus his uelut ornamento uestieris. & circumdabis eos ubi sponsa quia deserta tua & solitudines tue. & terra ruinarum tua. nunc angusta erunt p habitatoribus. & longe fugabuntur qui deuorabant te. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tue. Angustē mihi locus. fac spatium michi ut habitem. Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos. Ego sterilis & non pariens. transmigrata & captiua. & istos quis enutriuit. Ego destituta & desolata. & isti ubi erant.

Hec dicit dominus ds. Ecce leuabo ad gentes manū meā. & ad populos exaltabo signū meum. Et afferent filios tuos in ulnis. & filias tuas sup humeros portabunt. Et erunt reges nutricii tui. & regine nutrices tue. Vultu in terram demisso adorabunt te. & pulueren pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dns sup quo non confundent omes qui expectant eum. Numqd auferet a forte præda. aut quod captum fuerit a robusto saluum esse potest. Quia hec dicit dns. Etiam quod captiuus a forte tollet. & quod ablatum fuerit a robusto saluabitur. Cum iudicante te ego iudicabo. & filios tuos ego saluabo. & calcabo hostes tuos carnibus suis. & quasi musto sanguine suo inebriabuntur. & scies omnis caro quia ego dominus saluans te. & redemptor tuus fortis iacob. Hec dicit dominus. Quis est hic liber repudii matris uestre quo dimisi eam. Aut quis est creditor meus cui uendidi uos. Ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis. & in sceleribus uris dimissa est mater uestra. quā ueni & non erat uir. uocaui & non erat qui audiret. Numqd abbreuiata est parumla facta mea ut non possim redimere. aut non est in me uirtus ad liberandū. Ecce ego increpatione mea deserta faciā mare. ponā flumina in siccum. Computrescent pisces eorum eo quod non sit aqua. & morietur in sitī. Induā celos caligine. & saccum ponā opimentum eorum. Dominus dedit mihi linguā eruditā. ut sciam sustentare eum qui lassus est uerbo. Erigit mane mane erigit mihi aurē. ut audiā quasi magistrū. Dominus ds aperuit mihi aurem. ego aut non contradico. nec retrorsum abii. Corpus meum dedi percutientibus. & genas meas uellentibus. Faciem meā non auerti. ab increpantibus. & conspuentibus mihi. Dns ds auxiliator mis. & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meā ut petrā durissimā. & scio quoniā non confundar. Iuxta est iustificator me. Quis contradicet mihi. Stemus simul. Quis est aduersarius mis. Accedat ad me. Ecce dominus ds auxiliator mihi. qui est qui condemnet me. Ecce omes quasi uestimentū conterent tinea comedet eos. Quis est uerobis timens dominum. audiens uocem serui sui. Qui ambulauit in tenebris. & non est lumen ei. Speret in nomine domini. & innitatur super deum suum. Ecce omes uos accendentes ignem. accincti flammis. Ambulate in lumine ignis uestri & in flammis quas succendistis. De manu mea factum est hoc uobis. in dolore dormietis. Audite me qui sequimini qd iustum est. & quæritis dñm. Attendite ad petram unde excisi estis. & ad caua lacus de qua effossi estis. Attendite ad abraham patrem uestrum & ad sarram que peperit uos. quia unū uocauī eum. & benedixi ei. & multiplicabo eum. Consolabitur ds sion. & consolabitur omnes ruinas eius. ponet desertum eius quasi delicias. & solitudinē eius quasi hortum domini. Gaudium & letitia inuenietur in ea. gratiarum actio & uox laudis. Attendite ad me populus meus. & gens mea mihi me audite. quia lex a me exibit. & iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustificans me. egressus est saluator meus. & brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt. & brachium meum sustinebunt. Leuate in cælum oculos uestros. & subtus deorsum. quia cæli sicut fumus liquescent. & terra sicut uestimentum atteret. & habitatores eius sic hec interibunt. Salus aut mea in sempternum erit. & iustitia mea non defecit. Audite me qui scitis iustum. populus meus. lex mea in corde eorum. Nolite timere obprobrium hominum. & blasphemias eorum ne timueritis. Sic enim uestimentum sic comedet eos uermis. & sic lanam sic deuorabit eos tinea. Salus aut mea in sempternum erit. & iustitia mea in generationes generationum.

Consurge consurge induere fortitudine brachium domini. consurge sicut in die antiquis in generationibus seculi. Numqd non tu percussisti superbum. uulnerasti draconem. Numqd non tu siccasti mare. aquas abyssi inundantis. Qui posuisti profundum mare. uiam ut transirent liberati. Et nunc quia redempti sic domini reuertentur. & uenient in sion laudantes. & letitia sempterna super capita eorum. Gaudium & letitia obtinebunt. fugient dolor & gemitus. Ego ipse consolabor uos. Quis autem times ab homine mortali & a filio hominis qui quasi fenum dabitur. & obliuisceris dominum factorem tuum qui tetendit celos & fundauit terram. & formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat. & parauit animam ad perdendum. Vbi nunc furor tribulantis. Cito uenit gradiens ad perdendū. Et non moriet usq; ad internicionem nec deficiet panis eius. Ego autem dominus deus tuus qui concutio mare. & mugiunt fluctus eius. Dominus exercituum nomen meum. Posui uerba mea in ore tuo. & in umbra manus mee protexi te. ut plantem celos & fundem terram. & dicam ad sion populus meus es tu. Euigila euigila. consurge hierusalem que bibisti de manu dñi calicem ire eius. Vsq; ad fundum calicis soporis bibisti. & potasti usq; ad fecem. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit. Non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Duo sunt que occurrerunt tibi. Quis condolebit super te. Vastitas & contritio & fames & gladius. Quis consolabitur te. Filii tui projecti sunt. dormierunt in capite omnium uiarum sicut bestia illaqueata. plena indignatione domini increpatione dei tui. Audi ergo hec paupercula. & ebria & non a uino. Hec dicit dominus dominator tuus ds. qui pugnat pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis fundum calicis indignationis mee. Non adiicies ultra bibere illud ultra. Et ponā illud in manu eorum qui te humiliauerunt & dixerunt anime tue incurua ut transeamus. Et posuisti ut terram corpus tuum. & quasi uiam transeuntibus.

Consurge consurge induere fortitudine tua sion. induere uestimentis glorie tue hierusalem ciuitas sancti. quia non adiicet ultra ut pertranseat per te incircumcisus & immundus. Excutere de puluere consurge sede hierusalem. solue uincula colli tui captiua filia sion. quia hec dicit dominus. Gratis uenundati estis. & sine argento redimemini. quia hec dicit dominus ds. In egypto descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi. & assur absq; ulla causa calumpniatus est eum. Et nunc quid mihi hic est dicit dns. quia ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt dicit dominus. & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propterea scit populus meus nomen meum in die illa. quia ego ipse loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuncientis & predicantis pacem. annunciantis bonum. predicantis salutem. dicentis sion regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum. leuauerunt uocem. simul laudabunt. quia oculo ad oculum uidebunt cū conuerterit dominus sion. Gaudete & laudate simul deserta hierusalem quia consolatus est dominus populum suum. redemit hierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. & uidebunt omnes fines terre salutare dei nostri. Recedite recedite. exite inde pollutum nolite tangere. Exite de medio eius. Mundamini qui fertis uasa domini. qm non cum turbatione exibitis. nec in fuga ppte abitis. Precedet enim uos dominus. & congregabit uos ds israel. Ecce intelliget puer meus. seruus mihi. exaltabitur & eleuabitur. & sublimis erit nimis. Sicut obstupuerunt super te multi. sic inglorius erit inter uiros aspectus eius. & forma eius inter homines. Iste aspergit gentes multas. Super ipsum continebunt reges os suum. qua quibus non est narratum de eo uidebunt. & qui non audierunt contemplabuntur.

Quis credidit auditui nro. & brachium dñi cui reuelatum est. Et ascendit sicut uirgultum coram eo. & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei neq; decor. uidimum ei. & non est aspectus. Et desiderauimus eum despectum. & nouissimum uirorum. uirum dolorum. & scientem infirmitatem. & quasi abscondit uultum suum & despectus. Vnde nec reputauimus eum. Verumtamen languores nros ipse tulit. & dolores nros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum. & percussum a deo & humiliatum. Ipse aut uulneratus est propter iniquitates nras. attritus est propter scelera nra. Disciplina pacis nre super eum. & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues erramus. unusquisq; declinauit in uiam suam. & dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit. & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur. & quasi agnus coram tondente se obmutescet. & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit. Quia abscisus est de terra uiuentium. Propter scelus populi mei percussi eum. & dabo impios pro sepultura. & diuites pro morte sua. eo quod iniquitatem non fecerit nec inuentus est dolus in ore eius. & dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato anima sua. uidebit semen longeuum. & uoluntas domini in manu eius dirigetur. pro eo quod laborauit anima eius. uidebit & saturabitur. Iustificabit ipse iustus seruus meus multos. & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo ipse illi plurimos. & fortium diuidet spolia. pro eo quod tradidit in morte animam suam. & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccatum multorum tulit. & pro transgressoribus rogauit.

Lauda sterilis que non paris. decanta laudem & hymnum quem non paris. quia multi filii deserte magis quam eius que habet uirum. dicit dominus. Dilata locum tentorii tui. & pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas. Longos fac funiculos tuos & clauos tuos consolida. Ad dextera enim & lęua penetrabis & semen tuum gentes hereditabit. & ciuitates desertas habitare facies. Noli timere quia non confundēris. neq; erubescas. Non enim tibi pudebit quia confusionis tue oblitus eris. & opprobrii uiduitatis tue non recordaberis amplius. quia dominabitur tui qui fecit te. dominus exercituum nomen eius. & redemptor tuus ds israel. deus omnis terre uocabitur. quia ne uidua derelicta & mœrens uocabit te dominus. & deus abiecte spiritu uocabit te. & deus aduene tecum. & nequaquam ultra increpabit te deus tuus. In momento indignationis dereliqui te. & in miseracionibus magnis congregabo te. In momento indignationis mee abscondi faciem meam parumper a te. & in misericordia sempterna misertus sum tui. Dixit redemptor tuus dns. Sicut in diebus noe istud mihi est. cui iuraui ne induceret aquas diluuii super terram. sic iuraui ne irascar tibi. & non increpem te. Montes enim commouebuntur. & colles concutientur. misericordia mea non recedet a te. & fœdus pacis mee non mouebitur. Dixit misereator tui dominus. O paupercula tempestate commota absq; ullius consolatione. ecce ego sternam pro lapidibus tuis. & fundabo te in saphiris. & ponā iaspidem propugnacula tua. & portas tuas in lapides sculptos. & omnes terminos tuos in lapides optatos. & omnes filios tuos doctos a deo. & multitudinem pacis filios tuos. & iustitia firmaberis. Recede procul a calumnia quia non timebis. & a pauore quia non accedet ad te. Ecce accola

amplius sol ad lucendum p die: neq; splendor illumina
bit te, sed erit dominus tibi lucem sempiternam, & dñs
in gloriam tuam. Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non
minuet: quia dominus erit tibi lucem sempiternam, & cople
buntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iustum in perpetuum
hereditabunt terram. Germen plantationis mee, opus manuum
mearum ad glorificandum. Minimus erit in mille, & parvulus
in gentem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito
faciam istud. Spe dominus super me, eo quod unxerit me dominus
ad annunciandum mansuetis: misit me, ut medear contri
tis corde, & predicarem captivis indulgentiam, & clausis aperi
onem: predicarem annum placabilem domino, & diem ultionis deo nro
ut consolarer omnes lugentes: ut ponerem lugentibus
in sion, & dare eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium
laudis pro spu mestitie. Et vocabuntur ex ea fortes iustitie, plan
tatio domini ad glorificandum. Et edificabunt deserta sedo
rum, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt civitates de
solatas, & dissipatas in generatione & generationem. Et sta
bunt alieni & pascent pecora vestra, & filii peregrinorum, agricole
& vinitores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini,
ministri dei nri, & dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis,
& in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra dupliciter rubuere,
laudabunt partem suam. Propter hoc in terra sua duplicia pos
sidebunt, & letitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus
diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum.
Et dabo opus eorum in veritate, & fedus sempiternum feriam eis.
Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio
populorum. Omnes enim qui viderint eos cognoscent eos, quia
isti sunt semen cui benedixit dominus.

Gaudens gaudebo in dominio, & exultabit anima mea in deo
meo, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitie
circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi
sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen
suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic dominus
deus germinabit iustitiam & laudem coram universis gentibus:
Propter sion non tacebo, & propter hierusalem non quiescam, donec
egrediatur ut splendor iustus eius, & salvator eius accendatur.
Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclitum tuum, & vocabunt te nomine nouo, quod os dñi
nominabit. Et eris corona glorie in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. Non vocabuntur ultra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocabitur
voluntas mea in ea, & terra inhabitata: quia complacuit dominus in te, & terra tua
inhabitabitur. Habitabit enim iuvenis cum virgine, & habi
tabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsa, gaudebit super te dominus deus tuus. Super muros tuos con
stitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebit.
Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium
ei, donec stabiliat & donec ponat hierusalem laudem in terra. Jurat
dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis sue:
Si dedero triticum amplius cibum inimicis tuis, & si bibent
alieni vinum tuum in quo laborasti, quia qui congregabit
illud comedent & laudabunt dominum, & qui comportabit
illud in horreo meo sanctificabitur. Transite transite per portas
preparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, &
elevate signum ad populos. Ecce dominus audiri fecit in extremis
terre. Dicite filie sion, ecce salvator tuus venit, ecce merces
eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus
sanctus redempti a domino, tu autem vocaberis quesita &
non derelicta.

Quis est iste qui venit de edom, tinctis vestibus de bosra? Iste
formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue.
Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad salvandum.
Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut
calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de gen
tibus non est vir mecum. Calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos sicut in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta
mea, & omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in
corde meo, annus redemptionis mee venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quesivi, & non fuit qui adiuvaret.
Et salvavit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxi
liata est mihi. Et conculcavi populos in furore meo, & inebri
avi eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem
eorum. Misericordiam domini recordabor. Laudem domini super
omnibus: que reddidit nobis dominus, & super multitudinem
bonorum domus israel, que largitus est eis secundum indulgentiam
suam, & secundum multitudinem miserationum suarum. Et dixit.
Verumtamen populus meus es, filii non negabunt. Et factus est eis in
salvatorem. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus
faciei eius salvavit eos. In dilectione sua, & in mansuetudine sua
ipse redemit eos, & portavit eos, & levavit eos, cunctis diebus
seculi. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, & afflixerunt spi
ritum sancti eius. Et conversus est eis in inimicum, & ipse debellavit eos.
Et recordatus est dierum seculi moysi populi sui. Ubi est qui eduxit
eos de mari cum pastoribus gregis sui? Ubi est qui posuit in
medio eius spiritum sanctum suum, qui eduxit eos adhibens moysi brachium
glorie maiestatis sue, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi
nomen sempiternum, qui duxit eos per abyssos sicut equum in deser
to non impingentes, quasi animal descendit in campestribus? Spi
ritus domini deduxit eos: sic adquisisti populum tuum, ut faceres tibi
nomen glorie.

Respice de celo, & vide de habitaculo sanctitatis tue, & gloriæ tue. Ubi
est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & mi
serationum tuarum? Sup me contenuerunt se. Tu enim pater
es, & abraham nescivit nos, & israel ignoravit nos. Tu domine
pater noster, redemptor noster, a seculo nomen tuum. Quare erravit nos
sti domine de viis tuis? & indurasti cor nrm ne timeremus
te? Convertere propter servos tuos tribus hereditatis tue.
Quasi michilum possederunt populum sanctum tuum, hostes nostri con
culcaverunt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi non principium
tui dominaretur eis nec, neq; invocaretur nomen tuum super nos. Vinam
dirumperes celos & descenderes, a facie tua montes defluerent sicut exustio ignis, calefacerent aquas, ardere nomen
tuum hostibus tuis: a facie tua fluxerent montes. A seculo non audierunt neque auribus
percepit oculus non vidit deus absque te que preparasti exspectantibus te. Occurristi letanti, & facienti iusticiam, in tuis
recordabuntur tibi. Ecce cum irati essemus peccavimus: in ipsis fuimus
semper & salvabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi
pannus menstruate universe iustitie nre. Et cecidimus sicut folium
universi, & iniquitates nre quasi ventus abstulerunt nos. Non est
qui invocet nomen tuum, qui consurgat & teneatur. Abscon
disti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nre.
Et nunc domine pater noster es tu, nos lutum, & fictor noster tu, & opa manuum tuarum omnes nos. Ne iratus sis domine satis, & ne
usque in finem reminiscaris iniquitatis nre. Ecce respice populus tuus
omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta, sion deserta facta est
hierusalem desolata. Domus sanctificationis nre & glorie nre, ubi laudave
runt te patres nri, facta est in exustionem ignis, & omnia
desiderabilia nra versa sunt in ruinas. Numquid super his omnibus
continebis te domine, tacebis & affliges nos vehementer?

Quesierunt me qui ante non interrogabant, invenerunt me qui non
querebant me. Dixi, Ecce ego, ecce ego ad gentem que non invocabat
nomen meum. Expandi manus meas ad populum incredulum qui
graditur in via non bona post cogitationes suas: populus qui ad iracun
diam provocat me ante faciem meam semper. Qui immolant in
hortis & sacrificant super lateres qui habitant in sepulchris &
in delubris ydolorum dormiunt. Qui comedunt carnem suillam &
usus profanum in vasis eorum. Qui dicunt recede a me ne appropin
ques mihi quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis
ardens tota die. Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam
& retribuam in sinu eorum, iniquitates vestras & iniquitates pa
trum vestrorum simul dicit dominus, qui sacrificaverunt super mon
tes & super colles exprobraverunt michi, & metiar opus eorum
primum in sinum eorum, iniquitates vestras & iniquitates patrum vestro
rum dicit dominus. Quomodo si invenias botrum in botro & dicas
ne dissipes illud quia benedictio est, sic faciam propter servos
meos ut non disperdam omnes. Et educam de iacob semen & de iudea
possidentem montes meos, & hereditabunt eos electi mei, & servi
mei habitabunt ibi. Et erunt campestria mandre & greges
& vallis achor mobile armentorum populo meo qui requisierunt me
Et vos qui derelinquitis dñm, qui obliti estis montem sanctum meum
qui ponitis fortune mensam & libatis super eam, numerabo
vos in gladio & omnes mactabimini quia vocavi & non
respondistis, locuta sum & non audistis, & facietis malum in
oculis meis, & que nolui elegistis. Propter hoc hec dicit domi
nus deus mus. Ecce servi mei comedent & vos esurietis, ecce servi
bibent & vos sitietis, ecce servi mei letabuntur & vos
confundemini, ecce servi mei laudabunt pre exultatione cordis, &
vos proclamabitis pre dolore cordis, & pre contritione spus ululabitis, & dimittetis nomen vestrum in maledictionem electis meis. Et interficiet te deus nouus, & servis suis
vocabit alio nomine, in quo qui benedictus est super terram, benedicet in domino amen, & qui iurat in terra iurabit in deo
amen, quia oblivione tradite sunt angustie priores, & quia
absconditi sunt oculis nris.

Ecce enim ego creo celos nouos & terram nouam, & non erunt in
memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis &
exultabitis usq; in sempiternum in his quia ecce ego creo hie
rusalem exultationem & populum eius gaudium & ocul
abo in hierusalem & gaudebo in populo meo. Et non audietur ultra in ea vox fletus & vox clamoris. Non erit ibi amplius
infans dierum & senex qui non impleat dies suos quia puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum
maledictus erit. Et edificabunt domos & habitabunt eas, & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. Non edifi
cabunt & alius habitabit, non plantabunt & alius comedet. Secundum dies enim ligni erunt dies populi mei, & opera manuum
eorum inveterabunt electi mei. Non laborabunt frustra neque
generabunt in conturbatione, quia semen benedictum est
& nepotes eorum cum eis. Et erit antequam clament ego exaudiam,
adhuc illis loquentibus dicam. Ecce adsum. Lupus & agnus pas
cent simul, & leo & bos comedent paleas, & pulvis serpentis panis eius. Non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo dicit
dominus. Celum sedes mea, & terra scabellum pedum
meorum. Que est ista domus quam edificabitis mihi, & quis est iste
locus quietis mee? Omnia hec manus mea fecit, & facta
sunt omnia ista dicit dominus. Ad quem autem respiciam nisi ad pau
perculum & contritum spu & trementem sermones meos.
Qui immolat bovem quasi qui occidat virum, qui mactat pe
cus quasi qui excerebret canem, qui offert oblationem quasi sanguinem porci, qui recordatur turis quasi benedicat ydo
lo. Hec omnia elegerunt in viis suis, & in abhominationibus
suis anima eorum delectata est. Unde & ego elegi illusiones
eorum, & que timebant adducam eis: quia vocavi, & non est
responsum, locutus sum & non audierunt, fecerunt que malum
erat in oculis meis, & que nolui elegerunt.

Audite verbum domini qui creminis ad sermonem eius. Dixerunt
fratres uri odientes nos & abicientes propter nomen meum. Glorificetur
dominus, & videbimus in leticia nra. Ipsi autem confundentur. Vox
populi de civitate vox de templo, vox domini reddentis retri
butionem inimicis suis. Antequam parturiret peperit, antequam
veniret ei partus masculum. Quis audivit unquam tale, & quis
vidit huic simile? Nugo parturiet terra in die una aut parietur gens simul? Quia
parturivit & peperit filios suos. Numquid ego qui alios parere
facio, ipse non parturiam? Ait dominus. Vos autem gaudebitis
letitia & exultabitis mecum omni quia adquievit ea. Et inde creabo
dominum qui lugentes sion eum, ut tribuam eis vicem ornamenti pro cinere
consolationem lete ut mulceatur & odorem suavissimum spiret
quia hec ait dominus. Ecce ego declinabo super eos quasi
fluvium pacis & quasi torrentem inundantem gloriam gentium fugiens
Ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis. Sicut
quocumque mater blanditur ita ego consolabor vos, & in hierusa
lem consolabimini. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra
quasi herba germinabunt. Et cognoscet manus domini servis eius, &
iratus erit inimicis suis: quia ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrige ei, reddere in furore indignationem suam
& increpationem suam in flamma ignis, quia in igne dominus dimi
cabit, & in gladio suo omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti
a domino. Qui sanctificabantur & mundos se putabant in hortis
post ianua una intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abho
minationem, & murem simul consumentur, dicit dominus. Et ego

apa eor & magra ammes eor & mueno ac congregc cu omnib;
genab & lingnis. Cuenient & udebunt gla eaz & pona mea signum. Emittam ex eis qui saluati fuer ad
gentes marin mafficam & lydram tenentes sagittā in ha
liam & grecam. ad insulas longe ad eos q non audier me
& non uderunt gla mea. Et annunciabt gla mea gen
ab; & adducent omes filios uros de cunctis gentib; domino
munera & quadrigis & lectica & mulis & carrucis
ad montē scm meū hierlm dicit dominus. quomodo si ferat
filii israel munus in mundo domui domini. Et assumā
ex eis sacerdotes & leuitas dicit dominus. sic stabit sem
en tm & nomen tm. & erit mensis ex mense & sabbatum
ex sabbato. Veniet omis caro ut adorē coram facie mea
dicit dominus. & egredient & uidebunt cadauera uroz q
p uarie fuer in me. Verm non morietur & ignis eor
non extinguet & erunt usq; ad satietate uisioni omi carni.

Explicit liber ysaie prophete.

Ieremias prophetia cui hic prologus scribit

Sermone quidem a pte hebreos ỹ saia & osee
& quib; da alus pphas uidet ee rusticior. sed sensib;
par est quippe qui eode spū pphauerit. Porro simpli
tas eloquii de loco in locū uarius est accidit. Fuerūt
anachorites qui est usq; hodie in ciuitat crib; ab hiero so
lymis ad ter milib; fabricat & tm ecclesiis & monasteriis
uero sapientia utq; ecclesie sua euangelicum uirū xpi ecclie
dedicauit. Neq; audiendi exortes sut esse putet & capernaita
rum similes qui eo & deitas carnalis mas
est. Nam eorum crib; fuit assyrius nmedos transtule
tam ceras eor & babilonem genetum possidebant. Unde
& benjamin pphā & amicus sue
quadruplici uocat alphabeto. qd nos mensure mi
serie; uocamus. Propheta in ciuitate qui erat
greos & latinos omino confusis est. ad pristinam fidē
conuertimus. Librum aūt baruch nec ipe
hebreos nec legē nec habet. Fere nusquam. Prius annub:
maledicta abrahe & isaac & pharaonis quib; me necesse est pro ista
apud scala respondere. Et hoc pcor. quia nos uolum
ceram ad compendium mali recusat sacra eloquia studiosi
simum meo pōnere quo cognoscent omes aliqs scripturas mul
dos insanias prouocare. Hieremias anathotites qui est
de uicus ordi. Abiam solum ab Iaue milib; apte cognat
me ex ppe. Lapidib; abrumpit a populo circulus. Iaue ei in
uocat sepulture quo eadem plenius exhibeantur. & qm
post babilonie ira desiuerat. ab eodē locus reparandi; exp
cuit. Accepit aūt spiritū sctē & quicqd magis cum ibi deli
gatur cognouit uenerandū.

INCIPIT LIBER HIEREMIE PROPHETE

HIEREMIE PROPHETE

Verba hieremie filii helchie de sacerdotibus q fuerunt in anatoth
in tra beniamin
Quo factum est verbum domini ad eum in diebus iosie filii amon
regis iuda in tredecimo anno regni eius. Et factum est in diebus
ioachim filii iosie regis iuda usq; ad consummationem undecimi
anni sedi. ime filii iosie regis iuda usq; ad transmigrationem
hierlm in mense quinto. Et factum est verbum domini ad me dicens.
Priusquā te formarem in utero noui te. & antequā exires de uulua
sanctificaui te. & pphām in gentib; dedi te. Et dixi. A. A. A. do
mine ds. ecce nescio loqui quia puer ego sum. Et dixit dns
ad me. Noli dicere quia puer ego sum. qm ad omnia quę
mittā te ibis. & omnia quecumq; mandauero tibi loqueris.
Ne timeas a facie eor. quia ego tecum sum ut eruam te dicit dns.
Et misit dominus manum suam. & tetigit os meū. & dixit dns
ad me. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. ecce constituo te hodie
sup gtes & sup regna. ut euellas. & destruas. & disperdas. &
dissipes. & edifices & plantes. Et factum est uerbū domini
ad me dicens. Quid tu uides hieremia. Et dixi. Uirgā
uigilantē ego uideo. Et dixit dominus ad me. Bene uidisti.
quia ego uigilabo sup uerbo meo ut faciam illud. Et factum
est uerbum domini ad me secdo dicens. Quid tu uides. Et
dixi. Ollam succensam ego uideo. & facies eius a facie aquilonis.
Et dixit dominus ad me. Ab aquilone pandet malum sup omes
habitatores trē. quia ecce ego conuocabo omes cognationes
regnoz aquilonis ait dominus. & uenient & ponent unusq;
solium suum in introitu portarū hierlm. & sup omes muros eius
in circuitu. & sup uniuersas urbes iuda. Et loquar iudicia
mea cum eis sup omni malicia eoz. qui dereliquerunt me &
libauerunt dīs alienis. & adorauerunt opa manuū suarū.
Tu ergo accinge lumbos tuos. & surge & loquere ad eos omnia
que ego precipio tibi. Ne formides a facie eoz. nec eos time
re te faciam uultum eoz. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem
munitam & in columnā ferream. & in murū eream sup omnem
tram regib; iuda & principib; eius & sacerdotib; & omni po
pulo tre. Et bellabunt aduersum te & non preualebunt. qa ego
tecum sum ait dominus & liberabo te.

Et factum est uerbum domini ad me dicens. Vade & clama in
aures hierlm dicens. Hec dicit dominus. Recordata sum tui miseri
ans adolescentiam tuā. & caritatē desponsationis tue quando
secuta es me in deserto. in tra que non seminat. Sanctus israel
domino primicie fructus eius. Omnes qui deuorant eum delinquent
mala uenient super eos dicit dominus. Audite uerbū domini
domus iacob. & omnes cognationes domus israel. Hec dicit dns. Quid
inuenerunt in me patres uri iniquitatem quia elongauerunt a me.
& ambulauerunt post uanitatem. & uani facti sunt. Et non
dixerunt ubi est dominus qui ascendere nos fecit de tra
egti. qui traduxit nos per desertum. per tram inhabitabilem &
inuiam. per tram sine & ymagine mortis. per tram in qua non ha
bitauit uir. nec habitauit homo. Et induxi uos in tram carmeli
ut comederetis fructū eius & opimam illius. & ingressi contami
nastis tram meam. & hereditatem meā posuistis in abhominatio
nem. Sacerdotes non dixerunt ubi est dominus. & tenentes legē
nescierunt me. & pastores prauaricati sunt in me. & pphe
pphetauerunt in baal. & ydola secuti sunt. Propterea adhuc iudicio
disputabo uobiscum. & cum filiis uris disceptabo. Transite
ad insulas cethim. & uidete. & mittite in cedar. & contemplami
ni uehementer. & uidete si factum est huiusmodi. Si mutauit
gens deos suos. & ipsi non sunt dii. Populus aūt meus
mutauit gloriam suam in ydolum.

Obstupescite celi super hoc & portę eius desolamini uehementer
dicit dominus. duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt
fontem aquę uiuę. & foderunt sibi cisternas. cisternas dissipatas.
que continere non ualent aquas. Numquid seruus est israel aut
uernaculus. Quare factus est in predam. Super eum rugierunt
leones. & dederunt uocem suam. Posuerunt terram eius in solitudinem.
& ciuitates eius incense sunt. & non est qui habitet. Filii quoq;
menphis & taphnes constupauerunt te usq; ad uerticem.
Numquid non istud factum est tibi. quia dereliquisti dominum deum tuum. eo
tempore quo ducebat te per uiam. Et nunc quid tibi cum uia assyrio
rum ut bibas aquas sihor turbidam. Et quid tibi cum uia assyrio
rum ut bibas aquas fluminis. Arguet te malitia tua. & auersio
nes increpabunt te. Scito & uide quoniam malum est
dereliquisse te dominum deum tuum. & non timorem meum sit
dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum. rupisti
uincula mea & dixisti. Non seruiam. Quoniam omnem collem sublimem
& subnixum ligno fornicaris. tu prosternebaris mercem. Ego plan
taui te uineam meam electam. omne semen uerum. Quomodo es
conuersa es mihi in amaritudinem uinea aliena. Si lauaris te nitro
& multiplicaueris tibi herbam borith. maculata es in iniquitate
tua coram me. dicit dominus ds tuus. Quomodo dicis non sum
polluta. post baalim non ambulaui. Uide uias tuas in ua
lle. scito quid feceris. Cursor leuis emplicans uias suas. ona
ger assuetus in solitudine desiderio animę sue attraxit uentum
amoris sui nullus auertet eam. Omnes qui querunt eam non
deficient. in mense suo inuenient eam. Prohibe pedem tuum a nuditate. & guttur tuum a sitis. Et di
xisti. Desperabam. nequaquam hoc faciam. Adamaui quippe alienos
& post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando de
prehenditur. sic confusi sunt domus israel. ipsi & reges eor & sacer
dotes principes & pphe eor. dicentes ligno patri mi es tu.
& lapidi tu me genuisti. Verterunt ad me tergum & non faciem.
& in tempore afflictionis sue dicent. Surge & libera nos.
Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi. Surgant & liberent te in
tempore afflictionis tue. Secundum numerum ciuitatum tuarum
erant dii tui iuda. Quid uultis mecum iudicio contendere.
Omnes dereliquistis me dicit dominus. Frustra percussi filios uros
disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius uester pphas ue
stros. quasi leo uastator generationis uestre. Videte uerbum dñi.
Numquid solitudo factus sum israeli. aut terra serotina. Quare
dixit populus meus. recessimus. & non uenimus ultra ad te. Numquid
obliuiscetur uirgo ornamenti sui. sponsa perizomatis sui. Populus
autem meus obliti sunt mei diebus innumeris. Quid uenustas
ostendere uiam tuam. ad querendā dilectionem. Quo
etiam & malignas tuas docuisti uias tuas. & innocentię. Cruo
rem animarum pauperum & innocentes non in
fossis inuenisti. sed in omnibus quę supra memorau. Et di
xisti. Absq; prece eos sum. & innocens ego. & propterea auertat
furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendam tecum eo quod di
xeris non peccaui. Quam uilis facta es nimis iterans uias tuas.
Et ab egypto confunderis. sicut confusa es ab assur.
Nam & ab ista egredieris. & manus tue erunt sup caput tuum.
quia obtruncauit dominus confidentiam tuam. & non habebis prospe

Vulgo dicit. Si dimiserit vir uxorē & recedens abeat uirū
alterum ducere nunq̄d reuertet ad eam ultra? Nūquid
nō polluta & contaminata erit mulier illa? Tu aūt fornica-
ta es cum amatoribus multis tamen reuertere ad me dicit
dominus. & ego suscipiam te. Leua oculos tuos i directū,
& vide ubi non sis p̄stituta. Iuxta uias sedebas expectans eos sicut
latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis. Et
in malicia tua. Quā obrē prohibite sunt stille pluuiarū, & se-
rotinus ymber non fuit. Frons mulieris meretricis facta ē tibi,
noluisti erubescere. Et ergo saltem amodo uocā me pater me-
us, duxisti quidē me ē. Numq̄d manserit in perpetuum,
aut perseuerabit in finem. Ecce locuta es, & fecisti mala
ut potuisti.

Et dixit dominus ad me in diebus iosie regis. Numq̄d uidisti
quæ fecerit ea uersans? Et. Vnde sibimet sup omnē
montē excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata
est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia, ad me conuertere
& nō est reuersa. Et uidit prauricatrix soror eius iuda q̄a pro-
q̄d mechata ecc. auersa sit, & dimisissem eā, & dedissem
libellum repudii. Et nō timuit prauricatrix iuda soror eius,
sed abiit & fornicata ē & ipsa. Et facilitate fornicationis
sue contaminauit terrā, & mechata est cum lapide & cū ligno.
Et in omnib; his non ē reuersa ad me, prauricatrix soror ei⁹
iuda in toto corde suo. sed in mendacio ait dominus. Et dixit
dominus ad me. Iustificauit anima sua auersatrix israel in
comparatione prauricatricis iudæ. Vade & clama sermones
istos contra aquilonē & dices. Reuertere auersatrix
ait dominus & non auertā faciē meā a uob. quia sanctus ego sum dicit
dñs. & non irascar in p̄petuum. Tamen scito iniquitatem tuam
quia in dominū dñm tuum prauaricata es, & dispersisti uias tuas
alienis sub omni ligno frondoso ait dominus. & uocē meam
non audisti. Conuertimini filii reuertentes dicit dominus,
quia ego uir uester. Et tradā uos unum de ciuitate & duos
de cognatione & introducā uos in sion. & dabo uob⁹ pasto-
res iuxta cor meum. & pascent uos scientia & doctrina.
Et cum multiplicati fueritis & creueritis in terra in diebus illis
ait dominus non dicent ultra archa testamēti domini, neq; as-
cendet & super eā neq; recordabuntur illius, nec uisitabunt, nec fiet ultra
in tempore illo uocabit hierlm solium domini, & congrega-
buntur ad eum omnes gentes in nomine domini in hierlm, & non ambu-
labunt post prauitatem cordis sui pessimi. In diebus illis ibunt
domus iuda ad domum israel, & uenient simul de terra aquilonis
ad terram quā dedi patribus uestris. Et ego aūt dixi. Quomodo ponā
te in filiis, & dabo tibi terram desiderabilem hereditatem p̄clarā
exercituum gentium. Et dixi. Patrē uocabis me, & post
me ingredi nō cessabis. Sicut quomodo si contemnat mulier
amatorē suū, sic contempsit me domus israel dicit dominus.
Vox audita ē in via ploratus & ululatus filiorum israel, quia iniqua
fecerūt uiam suam, oblitæ sunt dominū dei sui. Conuertimini
filii reuertentes & sanabo auersiones uestras. Ecce nos uenimus
ad te, tu enim es dominus dñs nr̄. Vere mendaces erant colles
multitudo montium. Vere in domino dō nr̄o salus israel. Con-
fusio comedit laborem patrum nr̄orum ab adolescentia nr̄a, gre-
ges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias. Dormiemus in con-
fusione nr̄a, & operiet nos ignominia nr̄a, q̄m dño dō
nr̄o peccauimus nos & patres nr̄i ab adolescentia nr̄a usq; ad
hanc diē. & non audiuimus uocē domini nr̄i.

Si conuertere israel ait dominus ad me conuertere. Si abstule-
ris offendicula tua a facie mea & non commoueberis. & iurabis
uiuit dominus in ueritate & in iudicio, & in iustitia. & benedicent eum omnes gentes, in ipsumq; laudabunt. Hæc enim dicit
dominus uiro iuda & habitatoribus hierlm. Nouate uob⁹ nouale
& nolite serere sup spinas. Circumcidimini domino, & auferte
p̄putia cordium uestrorum uiri iuda, & habitatores hierlm. ne forte
ingrediatur ut ignis indignatio mea. & succendat & non sit qui
extinguat a facie p̄ptē malitiam cogitationū uestrarum. Annunciate
in iuda, & in hierlm auditum facite. Loquimini & canite tu-
hodie comedisset de præda inimicorum suorum quam inuenit. Nonne
plaga multo maior facta esset in philistiim. Percusserunt aũt philistiim
in die illa ab machmas usque ad ualles. Et defecit populus nimis.
Et irruens populus super præda. tulit oues & armenta & uitulos.
& occidentes in terra comederunt cum sanguine. Nuntiauerunt aũt saulis
dicentes. Ecce populus peccat in domino. & comedit cum sanguine.
Dixitque saul. Prævaricati estis. Uolvite ad me hodie lapidem grandem.
Et dixit saul. Dispergite uos in populo. & dicite ad eos. Offerat
mihi unusquisque bouem suum & aries suum. & immolate super lapidem
istum. & comedite. & non peccabitis domino comedendo cum sanguine.
Obtulit ergo omnis populus unusquisque bouem suum in manu sua
usque ad noctem. & immolauit ibi. Et ædificauit altare domino.
Hoc primum cœpit ædificare altare domino. Dixit aũt saul. Descendamus
nocte ad philistiim. & diripiamus eos usque dum illucescat mane.
& non relinquamus ex eis uirum. Dixerunt omnes. Quodcumque
tibi placet. fac. Dixit aũt sacerdos. Accedamus huc ad deum.
Consuluitque saul dominum. Numquid persequar philistiim. si tradis
eos in manu isrl. Et non respondit ei in die illa. Dixitque saul.
Applicate huc omnes principes populi. & scitote & uidete in quo
peccatum sit hodie. Quia uiuit dominus qui saluat isrl. etiamsi in
ionathan filio meo fuerit. morte morietur. Et non fuit qui responderet
ei ex omni populo. Dixitque ad omnem isrl. Vos eritis ex una parte.
& ego & ionathan filius meus erimus ex parte altera. Et ait populus
ad saulem. Quod bonum tibi uidetur. fac. Dixit saul ad dominum deum isrl.
Da perfectionem. Et apprehensus est ionathan & saul. Populus aũt
egressus est. Dixitque saul. Mittite sortem inter me & ionathan filium
meum. Et apprehensus est ionathan. Dixitque saul ad ionathan.
Indica mihi quid fecisti. Et indicauit ei ionathan & ait. Gustans
gustaui paululum mellis in summitate uirgæ quæ erat in manu mea.
Ecce ego morior. Dixit saul. Hæc faciat mihi deus & hæc addat.
Quia morte morieris ionathan. Dixitque populus ad saulem.
Numquid ionathan morietur qui fecit salutem hanc magnam in isrl.
Absit. Viuit dominus. si ceciderit de capillis capitis eius in terram.
Quia cum deo operatus est hodie. Et liberauit populus ionathan.
ne moreretur. Et ascendit saul ne persequeretur philistiim. philistiim aũt
abierunt in locum suum. Saul aũt postquam confirmatum est regnum
super isrl. pugnabat undique contra omnes inimicos suos. contra moab.
& contra filios ammon. & contra edom. & contra reges sobal. & contra
philistiim. Et quocumque uertebat se. superabat. Congregauit exercitum.
& percussit amalech. & liberauit isrl de manibus uastantium eum.
Fuerunt aũt filii saulis. ionathan. & iesui. & melchisua. Et nomina
duarum filiarum eius. nomen primogenitæ merob. & nomen minoris
michol. Uxor aũt saulis achinoam filia achimaas. Et nomen principis
militiæ abner filius ner patruelis saulis. Cis aũt pater saulis. & ner
pater abner filius abiel. Bellum aũt asperum fuit contra philistiim
cun

centem armigerum suum. Vene & transeamus ad stationem philistim, que est trans locum illum. Dixit autem saul ioñi filio suo
ñ indicauit. Porro saul morabat in extrema parte gabaa sub
malo quod erat in agro. & erant pple cum eo quasi sexcen
tor uirorum. & achimaas filius achitob frris hicabod filii
finees sacerdotis domini fuerat in silo portabat ephod.
Sed & pple ignorabat quo isset ionathas. Erat aut inter ascen
sus per quos nitebatur ionathas transire ad stationem philistinorum
petre eminens ex una parte. & quasi mamelon dens ex altera
lunc & unde pinna nomen illi bosez. & nomen alterius scene: Una
scopulus pminens ad aquilonē ex aduerso machmas. & ad ad
meridiē contra gabaa. Dixit autem ionathas ad adolescentē armi
gerum suum. Veni & transeamus ad stationem incircumcisoꝝ hoꝝ
si forte faciat dominus pro nob. quia nō est domino difficile salua
re nec ex multis. vel paucis. Dixitq; ei armiger suus. Fac omnia
que placent animo tuo. Perge ecce sequar te pro uoto animę tue.
Cui ait ionathas: Ecce nos trademur ad uiros istos. Cumq; ap
pruquauerimus ipsis. dicent nobis state donec ueniamus ad uos.
neq; ascendamus ad eos. Si au dixerint ascendite ad nos ascendamus. quia dedit eos dñs
in manib; nris. Hoc erit nob signum. Apparuit ergo uterq; ma
nipulis philistinoꝝ. Dixerunt: philistim. En hebrei egrediun
tur de cauernis in quibꝫ absconditi fuerant. Et locuti sunt uiri
stationis ad ionathan. & ad armigerum suum dixerunt: Ascende
te ad nos. & ostendamus uobis rem. Et ait ionathas ad armige
rum suum. Ascende me. Quia dedit eos dñs in manus israhel.
Ascendit ergo ionathas reptans manibus & pedibꝫ
& armiger ei post eum. Et cum uidissent faciem ionathe & ar
migeri eius cecidit ante ionathan. Quos interficiebat armiger eius
Et fuit ea plaga prima quā percussit ionathas & armiger eius qsi
pondere uiroꝝ. numero. parte agri. quā par boum mouere
Et factum est miraculum in castris & populo
tantus eorum qui remanebant ad prędandum obstupuit. & contre
muerunt castra. Et exierunt quasi in miraculum ad eos.
Et respexerunt speculatores saul qui erant in gabaa beniamin. & ecce
multitudo prostrata. & huc illuc ibat. & dissipabatur
qui erant cum eo. Rursumq; & uidere quis abierit
requisissetq; eos dixit saul ad populum qui erat cum eo. Recognoscite & uidete quis abierit
Et cum fecissent ait ionathas non sunt ibi. Dixit autem saul ad achiam
dria. Applica arcam dei huc. Erat enim arca dei in die illa cum filiis israhel.
Cumq; loqueretur saul ad sacerdotem tumultus
quem habebat maximus. & magis ac magis ingrauabatur. Dixit ergo
ad sacerdotem: Contrahe manum tuam. & clausit sacerdos manum suam.
Conclamauit saul & omnis populus qui erat cum eo. & uenerunt usq;
ad locum certaminis. & ecce gladius uniuscuiusq; contra proximum suum
& ingens ualde erat strages. Hebrei quoq; qui fuerant cum philistim heri & nudius tertius
ascenderant. cumq; ipsis undique circumfusi essent. conuersi sunt
& ipsi ut essent cum israhelitis qui erant cum saul & ionatha. Omnes quoq; uiri israhel
qui latuerant in monte ephraim audierunt quod fugissent philistim. so
cutique sunt eos in fugam plurimi. Et transeunte eum saul usq; ad eos mulie
res. & saltauit dominus in die illa israhel. Porro uir israhelites
saul pluribus dixit. Maledictus uir qui comederit panem usq;
ad uesperam. donec ulciscar me de inimicis meis. Et cibum non gustauit
omnis populus panem. Omnisq; terre nullum erat ibi in silua
ꝫ erat mel. in facie agri. Ingressus est populus saltum. & ecce
parabat fluens mel. Nullusq; applicuit manum ad os suum. a
metuebat enim populus iuramentum. Porro ionathas non audierat
cum adiurasset pater eius populum. quia habebat in manu sua. & intingens extremum uirgule
quam habebat in manu. & mouit eum in fauum mellis. & conuer
tit manum suam ad os suum. & illuminata sunt oculi eius. Respo
nsusq; unus de populo ait. Iure iurando constrinxit pater tuus
populum dicens. Maledictus qui comederit panem hodie. Defecerat au
tem populus. Dixitq; ionathas. Turbauit pater meus terram. Videsne quod
illuminata sint oculi mei. eo quod gustauerim paululum de
melle isto. quid magis si comedisset populus de spolia inimicorum
suorum quam reperit. Nonne maior plaga fuisset in philistim?
Percussit ergo in die illa philistheos a machmas usq; in ahilon. De
fatigatique sunt populi nimis. & uersus ad prędam inuolauerunt in
boues & in oues & in uitulos & mactauerunt eos in terra. comederuntq; populi cum
sanguine. Nunciauerunt autem saul dicentes. Quod populus peccasset
domino comedendo cum sanguine. Quam ob rem ait ille.
Uoluistis ad me declinare omnes secus me grande. Et dixit saul. Dispergite
uos in populos & dicite eis. ut adducant ad me unusquisq; bouem
suum & aricem. & occidite super istum & manducate. & non peccabitis
domino comedendo cum sanguine. Adduxerunt ergo unusquisq;
pplus quod secum habebat in manu sua usq; ad nocte. & occiderunt ibi.
Edificauit autem saul altare domino. hoc cepit edificare
altare domini. Et dixit saul. Iremus descendamus post philistim nocte. &
diripiamus eos usq; dum illucescat mane nec relinquamus ex eis uirum.
Dixerunt populi. Omne quod bonum uidetur oculis tuis fac.
Dixit autem sacerdos. Accedamus huc ad deum. Et consuluit saul deum
dicens. Numquid persequar philistim. si tradas eos in manus israhel:
Et non respondit ei in illa. Dixit ergo saul. Applicate huc omnes prin
cipes populi. & scitote & uidete per quē factum sit peccatum
hoc hodie. Viuit dominus saluator israhel. quia si ionathas
filius meus factum est. absq; dubio morietur. Nequa
quam in cunctis populis qui circumstant nos. Dixit autem ad uniuersum israhel. Vos eritis
ex una parte. & ego cum ionatha filio meo ero
ex altera parte. Respondit populus ad saul. Quod bonum uidetur
oculis tuis fac. Et dixit saul ad deum. Domine deus israhel da ue
racem. Quid est quod non respondisti seruo tuo hodie? Si in me
aut in ionatha filio meo est hec iniquitas. da ostensionem. aut
si tui est populo tuo hec iniquitas. da sanctam. Et deprehensus
est ionathas & saul. Populus autem exiuit. Et ait saul. Mittite
sortem inter me & ionatham filium meum. Et captus est ionathas.
Dixit autem saul ad ionathan. Indica mihi quid fecisti. Et indicauit
ei ionathas & ait. Gustans gustam in summitate uirge que
erat in manu mea paululum mellis. & ecce ego morior. Respondit
saul. Hec faciat mihi deus & hec addat. quia morte morieris io
natha. Dixitq; populus ad saul. Ciuone ionathas morietur. qui fecit
salutem hanc magnam in israhel? Absit. Viuit dominus
si corruet capillus de capite eius in terram. quia cum deo operatus est
hodie. Liberauit ergo populus ionathan ne moreretur. Recessitq;
saul nec persequens philistim. Porro philistim abierunt in loca sua.
Et saul confirmatus in regno super israhel. pugnabat per circuitum aduꝫ
omnes inimicos suos. contra moab & filios ammon & edom.
& regem soba. & philistheos. & quocumq; se uerterat superabat.
Congregato quoq; exercitu percussit amalech. & eruit israhel de manu
vastatoris eius. Fuerunt aut filii saul ionathas. & iesui & melchi
sua. Nomina uero filiarum eius. nomen primogenite merob. & nomen
minoris michol. Uxor uero saul achinoem filia achimaas.
Et nomen principis militie eius abner filius ner patruus saul.
Porro cis. fuerat pater saul. & ner pater abner filius abiel. Erat
autem bellum potens aduersus philistheos omnibꝫ diebus saul. &
quecumq; uidebat saul uirum fortem & robustum applicabat ad se.
Dixit samuel ad saul. Me misit dominus ut
ungerem te in regem super populum eius israhel. Nunc ergo audi uocem
Hec dicit dominus exercituum. Recensui quecumq; fecit amalech israheli. quomodo restiterit ei in uia. cum ascenderet de egypto. Et
Nec ignores & perge amalech. & demolire uniuersa eius. Non parcas ei. & ne concupiscas quicquid eius est. interfice uirum
mulierem. & parulum usq; ad lactantem. bouem & ouem camelum
& asinum. Precepit ergo saul populo & recensuit eos quasi agnos
numero centum milia peditum. & decem milia uirorum iuda. Cumq; ve
nisset saul ad ciuitatem amalech. texerunt insidias in torrente:
Dixitq; saul ad cineum. Vnite recedite atq; discedite ab amalech
ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibꝫ
filiis israhel cum ascenderent de egypto. Et recessit cineus de medio
amalech. Percussit ergo saul amalech ab euilath donec ueniretis
assur que est contra egyptum. & apprehendit agag regem amale
chitarum. omnem autem populum interfecit in ore gladii. Et reperuit
saul & populus agag & optimum quemq; ouium & armentorum
& uestium. & cuncta que pulchra uidebantur nec uoluerunt
ea perdere. sed omne quod uile fuit & reprobum hoc uoluerunt
Factum est autem uerbum domini ad samuel dicens. Penitet me
quod constituerim saul regem. quia dereliquit me. & uerba mea
non impleuit. Contristatus est samuel. & clamauit ad
dominum tota nocte. Cumq; mane surrexisset samuel ut
occurreret saul mane. nunciatum est samueli. quod uenisset saul in
carmelum. & erexisset sibi triumphalem. & reuertisset se
transiens. descendisset galgala. Venit ergo samuel ad saul. & saul
dixit ei benedictus tu domino. impleui uerbum domini.
Et dixit samuel. Quid ergo sonat iste balatus ouium in auribus meis.
armentorum quod ego audio? Et ait saul. De amalechitis adduxerunt ea. Pepercit enim populus melioribus ouibꝫ & armentis
immolaturus domino. reliqua tradidimus anathemati. Dixit autem samuel ad saul.
Sinite me & narrabo tibi que locutus sit dominus ad me nocte. Dixit
ei. Loquere. Et ait samuel. Nonne cum parvulus
esses in oculis tuis. caput in tribubus israhel factus es? Unxit
te dominus in regem super israhel. & misit te dominus in uiam. & ait.
Vade & interfice peccatores amalech. & pugnabis contra eos usq;
ad internecionem eorum. Quare non audisti uocem domini sed uersus
es ad prędam. & fecisti malum coram domino? Et ait saul
ad samuelem. Imo audiui uocem domini & ambulaui in uia
per quam misit me dominus. & adduxi agag regem amalech. &
amalech interfeci. Tulerunt autem populi de prędis oues & boues primi
as eorum que cesa fuerunt ut immolarent domino deo suo in galgalis.
Et ait samuel. Numquid uult holocausta & uictimas. &
non potius obediri uoci domini? Melior est enim obedientia
quam victime. & auscultare magis quam offerre adipem arietum. qui
quasi peccatum ariolandi est repugnare. & quasi scelus idolatrie
nolle acquiescere. Proiecisti ergo sermonem domini. abiecit
te ne sis rex. Dixitq; saul ad samuelem. Peccaui quia
preuaricatus sum sermonem domini. & uerba tua. timens populum &
obediens uoci eorum. Sed nunc porta quesso peccatum meum. & re
uertere mecum ut adorem dominum. Et ait samuel ad saul.
Non reuertar tecum quia proiecisti sermonem domini. & proiecit
dominus te ne sis rex super israhel. Et conuertit se samuel ut abiret.
Ille autem apprehendit simbriam pallii eius quę scissa est. Et ait
ad eum samuel. Scindet dominus regnum israhel de manu tua hodie. & tra
det illud proximo tuo melioris. Porro triumphator israhel non
parcet. & penitudine non flectetur. nec enim homo est ut agat pe
nitentiam. Ait ille. Peccaui. sed nunc honora me coram se
nioribus populi mei. & coram israhel & reuertere mecum ut adorem do
minum deum tuum. Reuersus est ergo samuel secutus est saulem & adorauit do
minum. Dixitq; samuel. Adducite ad me agag regem amalech.
Et obtulit ei agag pinguissimus tremens. Et dixit agag.
Secundum separat amara mors. Et ait samuel. Sicut fecerunt mulie
res mulieres gladius tuus. sic absq; liberis erit inter mulie
res mater tua. Et concidit eum samuel coram domino in galgalis.
Huc usq; samuel in ramatha. saul autem ascendit domum suam in gabaath.
Et non uidit ultra samuel saul usq; ad diem mortis sue. Ve
rumtamen lugebat samuel saul. qui dominus penituerat eum quod
fecisset eum regem super israhel. Dixit autem dominus ad samuel. Usq; quo tu
lugebis saul cum ego proiecerim eum ne regnet super israhel. Impple cornu tuum oleo. & uenito ut mittam te ad iesse bethle
emitem. Puto enim in filiis eius mihi regem. Et ait samuel. Quo
modo uadam. audiet enim saul & interficiet me. Et ait dns.
Vitulum de armento colles in manu tua. & dices. Immolare
dum domino uenio. Et uocabis iesse ad uictimam. & ego ostendam
tibi quid facias. & unges quem dixero tibi. Fecit
ergo samuel. sicut locutus est ei dominus. Venit ergo in bethlem
& obstupuerunt seniores ciuitatis. & obuiauerunt ei & dixerunt.
Pacificusne est ingressus tuus. Et ait. Pacifice. Ad
pacificum est ingressus meus. Sanctificamini. & uenite mecum ut immolem.
Sanctificauit quoque iesse & filios eius. & uocauit eos ad sacrificium.
Cumq; ingressi essent uidit eliab & ait. Num coram domino
est christus eius. Et ait dominus ad samuel. Ne respicias uultum
eius neq; altitudinem staturę eius. quia abiecit eum. nec iudicat
homo sicut homo. Homo enim uidet ea que parent.
dominus autem intuetur cor. Et uocauit iesse sammadab. & ad
duxit eum coram samuel. Qui dixit. Nec hunc elegit dns.
Adduxit autem iesse semma. de quo ait. Etiam hunc non
elegit dominus. Adduxit iesse filios suos septem coram
samuel. Et ait samuel ad iesse. Non elegit dominus ex istis. Et
dixit samuel ad iesse. Numquid completi sunt filii. Qui respo
dit. Adhuc reliquus est paruulus & pascit oues. Et ait samuel
ad iesse. Mitte & adduc eum. Non enim discumbemus priusquam ille
huc ueniat. ad immolandum domino. Misit ergo & adduxit eum.

Erat autē rufus & pulcher aspectu. dixitq; dñs. Surge & unge eum. ipse est enim. Tulit ergo samuel cornu olei. & unxit eum in medio fratrū eius. & directus est spūs domini in dauid a die illa & in reliquum. Surgens q; samuel abiit in ramatha. Spūs autē domini recessit a saul. & exagitabat eū spūs malus a domino. Dixerunt q; serui saul ad eum. Ecce spūs domini exagitat te. subeat dominus noster & seruus tuus coram te. ut inquirant homines scientes psallere citharā. ut quando arripuerit te spūs domini malus psallat manu sua & leuius sentias. Dixit saul ad seruos suos. Prouidete ergo mihi aliquē bene psallentē & adducite eum ad me. Respondens unus de pueris ait. Ecce uidi filium isai bethleemitis scientē psallere & fortissimum robore. & uirum bellicosum & prudentē in uerbis. & uirū pulchrum. & dominus est cum eo. Misit ergo saul nuncios ad isai dicens. Mitte ad me dauid filium tuum qui est in pastoribus. Tulit q; isai asinum plenum panibus. & lagenam unam. & hedū de capris unum. & misit per manū dauid filii sui saul. Cumque dauid ad saul. & steterit coram eo. Ille dilexit eum nimis. & factus est ei armiger. Misit q; saul ad isai dicēs. Sit dauid in conspectu meo. inuenit enim gratiam in oculis meis. Igitur quandocunq; spūs dei malignus arripiebat saul. tollebat dauid citharam & percutiebat manu sua. & refocillabatur saul. & leuius habebat. recedebat enim spūs malus ab eo.

Congregantes aūt philistiim agmina in pilum. conuenerūt in sochoth quæ est in iuda. & castrametati sunt inter sochoth & azecha in finibus dommim. Porro saul & uiri israel congregati uenerūt in ualle terebinthi. & direxerunt aciem ad pugnandum contra philistiim. Et philistiim stabant super montem ex parte hac. & israel stabat super montem ex altera parte. uallisq; erat inter eos. Egressus est uir spurius de castris philistinorum nomine goliad de geth. altitudinis sex cubitorum & palmi. & cassidem æreā super caput eius. & lorica hamata induebatur. Pesantia quoq; æris habebat inter tibias suas. & clypeum æreum inter humeros eius. Hastile autem hastæ eius quasi licium texentium. Ipsum autem ferrum hastæ illius sescentos siclos habebat ferri. & armiger eius antecedebat eum. Stansq; clamabat ad turmas israel & dicebat eis. Quare uenistis parati ad pugnam. Numquid non ego sum philistæus. & uos serui saul. Eligite uobis uirum. & descendat ad singulare certamen. Si quiuerit pugnare mecum & percusserit me. erimus uobis serui. Si autem ego superauero. & percusso eum. uos serui eritis. & seruietis nobis. Et rursum philistæus. Ego exprobraui agminibus israel hodie. Date mihi uirum. & mecum simul singulare certet. Audiens autem saul & omnes uiri israel sermones philistæi huiusmodi. stupebant. & uehementer timuerunt. Dauid autem filius uiri ephratei de quo supra dictum est de bethleem iuda. cui nomen erat iesse. qui habebat octo filios. & erat uir in diebus saul senex & grandæuus inter uiros. Abierant autem tres filii eius maiores post saul in pilum. & nomina trium filiorum eius qui perexerant ad bellum. Eliab primogenitus. & secundus aminadab. tertius semma. Dauid autem erat minimus. Tribus q; maioribus secutus saulem. abiit dauid & reuersus est a saul ut pasceret oues patris sui in bethleem. Processerat autem philistæus mane & uespere & stabat xl. diebus. Dixit autem isai ad dauid filium suum. Accipe fratribus tuis ephi polentæ. & decem panes istos & curre ad castra ad fratres tuos. & decem formellas casei. Hæc deferes ad tribunum eorum. & fratres tuos iustitiabis si recte agant. & cum quibus ordinata sunt disce. Saul autem & illi & omnes filii israel in ualle cherebinthi pugnabant aduersus philistiim. Surrexit itaq; dauid mane. & commendauit greges custodi. & onustus abiit sicut præceperat ei isai. & uenit ad locum magala & ad exercitum qui egressus ad pugnā inierat aciem clamore. Direxerunt enim israel & philistiim ex aduerso fremere præliam. Dereliquit dauid uasa quæ attulerat sub manu custodis. & cucurrit ad aciem. uenitq; in locum certaminis & interrogauit si omnia recte agerentur fratres suos. Cumq; adhuc ille loqueretur. ecce apparuit uir ille spurius ascendens goliad nomine philistæus de geth. ex castris philistinorum. & loquente eo hæc eadem uerba audiuit dauid. Omnes autem uiri israel cum uidissent uirum fugerunt a facie eius & timuerunt ualde. Et dixerunt uiri quispiam uidistis hunc qui ascendit. Ad exprobrandum enim israel ascendit. Vnum q; quem percusserit eum diuitiis ditabit rex diuitiis magnis. & filiam suam dabit ei. & domum patris eius facies absq; tributo liberam in israel. Et ait dauid ad uiros qui stabant secum dicens. Quid dabitur uiro qui percusserit philistæum hunc. & abstulerit opprobrium de israel. Quis est enim hic philistæus incircumcisus qui exprobrauit aciem dei uiuentis. Responderunt ei iuxta uerbum istud dicentes. Hæc dabuntur uiro qui percusserit eum. Audiuit autem eliab frater eius maior loquente illo cum uiris istis. iratus est furore dauid & ait. Quare uenisti. & quare reliquisti pauculas oues illas in deserto. Ego noui superbiam tuam. & nequitiam cordis tui. quia ut uideres prælium descendisti. Et ait dauid. Quid feci. Numquid non uerbum est. Et declinauit paululum ab eo ad alium. dixitq; eadem uerba. Et responderunt ei populus uerbum sicut & prius. Audita sunt autem uerba quæ locutus est dauid. & annuntiata coram saul. Ad quem cum fuisset addutus. locutus est ei. Non cadat cor cuiquam in illo. ego seruus tuus uadam & pugnabo aduersus philistæum hunc. Et ait saul ad dauid. Non uales resistere philistæo isti. nec prouinciare aduersus eum quia puer es. hic autem bellator ab adolescentia sua.

Dixit q; dauid ad saul. Pascebat seruus tuus patris sui gregem. & ueniebat leo atque ursus. tollebatq; arietem de medio gregis. & persequebar eos & percutiebam. eruebamq; de ore eorum. Et si consurgebant aduersum me. apprehendebam maxillam eorum & iugulabam interficiebamq; eos. Nam leonem & ursum interfecit ego seruus tuus. Erit q; & philistæus iste incircumcisus quasi unus ex eis. quia maledixit exercitui dei uiuentis. Dominus qui eruit me de manu leonis. & de manu ursi. ipse liberabit me de manu philistæi huius. Dixit autem saul ad dauid. Vade & dominus tecum sit. Et induit dauid saul uestimentis suis. & imposuit galeam æream super caput eius. & uestiuit eum lorica. Accinctus q; dauid gladio eius super uestem suam. cœpit temptare si armis posset incedere. Nec enim habebat consuetudinem. Dixitq; dauid ad saul. Non possum sic incedere. quia nec usum habeo. Et deposuit ea. & tulit baculum suum quē semper habebat in manibus: & elegit sibi de torrente lapides

simos lapides de torrente & misit eos in pera pastorali qua habebat secum. & funda manu tulit & processit ad philistæum. Ibat autem philistæus incedens & appropians ad eum armiger eius ante eum. Cumq; inspexisset philistæus & uidisset eum. Contempsit eum. Erat enim adolescens rufus & pulcher aspectu. Et dixit philistæus ad dauid. Numquid ego canis sum quia tu uenis ad me cum baculis. Et maledixit philistæus dauid in diis suis. Dixitq; ad dauid. Veni ad me. & dabo carnes tuas uolatilibus cœli & bestiis terræ. Dixit autem dauid philistæo. Tu uenis ad me cum gladio & hasta & clypeo. ego autem uenio ad te in nomine domini exercituum dei agminum israel. quibus exprobrasti hodie. Et dabit te dominus immanu mea. & percutiam te. & auferam caput tuum a te. Et dabo cadauera philistiim hodie uolatilibus cœli & bestiis terræ. ut sciat omnis terra quia est deus in israel. & nouerit uniuersa ecclesia quia non saluat dominus in hasta & clypeo. Ipsius est enim bellum. & tradet uos in manibus nostris. Cum q; surrexisset philistæus & uenisset. & appropinquaret contra dauid. festinauit dauid & cucurrit ad pugnam exaduerso philistæi. Et misit manum suam ad peram. tulitq; inde lapidem & funda iecit. Et circumducens dimisit philistæo in frontem. & infixus est lapis in fronte eius. & cecidit prone super faciem suam in terram. Preualuit q; dauid aduersus philistæum in funda & lapide percussumq; philistæum interfecit. Cumq; gladium non haberet in manu dauid. cucurrit & stetit super philistæum & tollens gladium eius & educens de uagina sua. & interficiens eum. præcidit caput eius. Videntes aūt philistæi quod mortuus esset fortissimus eorum. fugerunt. Et consurgentes uiri israel & iuda uociferati sunt & persecuti sunt philistæos usq; dum uenirent in ualle. & usq; ad portas accaron. Ceciderunt q; uulnerati philistæi uiam super filios saraim usq; geth & usq; accaron. Et reuertentes filii israel post persecutionem philistæi. uastauere castra eorum. Assumens autem dauid caput philistæi attulit illud in hierusalem. arma uero eius posuit in tabernaculo suo. Cum autem egrederetur saul dauid contra philistæum. dixit ad abner principem militiæ. De qua stirpe descendit hic adolescens. cui abner. Dixitq; abner. Viuit anima tua rex si nouerim. Et dixit rex. Interroga tu cuius filius sit puer. Cumq; egressus esset dauid reuertente eo post cædem philistæi. tulit eum abner & introduxit coram saul. caput philistæi habentem in manu. Et ait saul adeū. Cuius puer es o adolescens. Respondit dauid. Filius serui tui isai bethlemitis ego sum. Et factum est cum complesset loqui ad saul. anima ionathæ colligata est anime eius. & dilexit eum quasi ipsam animam suam. Tulitq; saul eum in die illa. & non permisit eum reuerti in domum patris sui. Iniit autem dauid & ionathas amicitias quia diligebat eum quasi animam suam. Nam expoliauit se ionathas tunica qua erat indutus & dedit eam dauid. & reliqua uestimenta sua usq; ad balteum suum. & usq; ad baltheum. Et egrediebatur quocunq; mittebat eum saul. & prudenter se agebat. Posuitq; eum saul super uiros belli. & accepit gratiam cunctis populis. uidentibus seruis saul. Porro cum reuerteretur percusso philistæo dauid. & ferret caput eius in hierusalem. cepit super tentoria sua. Mulieres de uniuersis urbibus israel cantantes chorosque ducentes occurrerunt saul regi. in tympanis lætitiæ & sistris. Cantabant autem mulieres ludentes atq; dicentes. Percussit saul mille. & dauid decem milia. Iratus est autem saul nimis. & displicuit in oculis eius sermo. Dixitq; Dederunt decem milia. & mihi dederunt mille. Quid ei superest nisi solum regnum. Non uidebat q; oculo malo aspiciebat dauid nec illa die & deinceps. Postera autem die inuasit spūs dei malus saul. & ipse prophetabat in medio domus. Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebat saul lanceam. & mittebat eam putans quod possit figere dauid cum pariete. Et declinauit a facie eius bis. Timebat enim saul dauid eo quod esset dominus cum eo. & recessisset a saul. Mouebat ergo eum a se. & faciebat eum tribunum super mille uirorum. Et ipse ingrediebatur & egrediebatur coram populo. Et erat prudenter agebat. & dominus erat cum eo. Videns igitur saul quod prudens esset nimis. cepit cauere eum. Omnis autem israel & iuda diligebat dauid. ipse enim egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Dixit autem saul ad dauid. Ecce filiam meam natu maiorem merab ipsam dabo tibi uxorem. tantummodo esto mihi fortis & pugna bella dominica. Saul autem reputabat dicens. Non sit manus mea in eo. sed sit super eum manus philistæorum. Ait autem dauid ad saul. Quis ego sum aut quæ uita mea. uel cognatio patris mei in israel. ut sim gener regis.

Factum est autem tempus cum deberet dari merab filia saul dauid. ipsa est data abdihel molathite uxor. Diligebat autem michol filia saul eam dauid. & nunciatum est saul. & placuit ei. Dixitq; saul dabo eam illi ut sit ei in scandalum. & sit super eum manus philistæorum. Dixitq; saul ad dauid. In duabus his generum recipies me hodie. Præcepitq; saul seruis suis. Loquimini ad dauid clam dicentes. Ecce placet regi. & omnes serui eius diligunt te. nunc ergo esto gener regis. Locuti sunt serui saul ad dauid omnia uerba hæc. Et ait dauid. Numquid leue uidetur in oculis uestris generum esse regis. Ego autem sum uir pauper & ignobilis. Nuntiauerunt ergo serui regi dicentes. Hunc sermonem locutus est dauid. Dixit autem saul. Sic loquimini ad dauid. Non habet rex necesse sponsalia. sed tantum centum præputia philistæorum. ut fiat ultio de inimicis regis. Disponebat enim saul tradere dauid in manus philistæorum. Cumq; nunciassent serui dauid uerba quæ dixerat saul. placuit sermo in oculis eius ut gener regis. Et post dies impleti sunt. Surrexit dauid & abiit cum uiris qui cum eo erant. & percussit de philistæis cc. viros. Et attulit dauid præputia eorum. & dedit ea in numerum regi. ut esset gener regis. Dedit itaque ei saul michol filiam suam uxorem. Videns autem saul & intelligens quia dominus esset cum dauid. Michol autem filia saul uxor eius diligebat eum. Addidit adhuc saul magis timere dauid. factusq; est saul inimicus dauid cunctis diebus. Egressi sunt principes philistinorum. & prudenter se agebat dauid omnibus seruis saul. ita ut nimis honoratum esset nomen eius. Locutus est autem saul ad ionathan filium suum. & ad omnes seruos suos ut interficerent dauid. Porro ionathas filius saul multo diligebat dauid. & nunciauit ei dicens. Saul pater meus quærit occidere te. nunc ergo custodi te fili mi. & mane in abscondito. & absconderis. Ego autem egrediar & stabo iuxta patrem meum in agro ubicunque fueris. & loquar de te ad eum. Si quid uidero. indicabo tibi. Locutus est ergo ionathas de dauid bona ad saul patrem suum. & dixit ad eum. Ne peccet rex in seruum suum dauid. quia non peccauit in te. & opera illius bona sunt ualde tibi. Posuit enim animam suam in manibus suis. & percussit philistæum. & fecit dominus salutem magnam uniuersis israel. Vidisti & gauisus es. Cur ergo peccabis in sanguine innocente. & interficies dauid absque causa. Audiens autem saul uocem ionathæ iurauit dicente. Viuit dominus quia non occidetur. Vocauit ergo ionathas dauid. & indicauit ei uniuersa uerba hæc. Introduxitq; ionathas dauid ad saul. & fuit coram eo sicut heri & nudiustertius. Et addidit bellum rursum. egressusq; dauid pugnauit contra philistæos. & percussit eos plaga magna. & fugerunt a facie eius. Factus est autem spūs domini malus a saul. & ipse sedebat in domo sua. & tenebat hastam. dauid autem psallebat manu sua. Et quæsiuit saul affigere dauid hasta in pariete. & declinauit a facie saul. & percussit hasta parietem. Dauid autem fugit & euasit nocte illa. Misit ergo saul nuncios ad domum dauid. ut custodirent eum. & occiderent mane. Nunciauit autem michol uxor dauid dicens. Si non saluaueris animam tuam nocte hac. cras morieris. Et demisit eum per fenestram. Abiit ergo & fugit. & euasit. Tulitq; michol idolum & posuit in lectulo. & pellem hirci puluinaris posuit ad caput eius. & operuit uestimento. Misitq; saul nuncios ut tollerent dauid. Quibus dixit michol. Infirmatur. Remisit ergo nuncios saul ut uiderent dauid. dicens. Afferte illum in lectulo ad me. ut interficiam eum. Cumq; uenissent nuncii. & idolum in lectulo repperissent. pellemque hirci puluinaris ad caput eius. Dixit saul ad michol. Cur sic illusisti mihi. & dimisisti inimicum meum. & euasit. Respondit michol patri suo. Quia ipse dixit mihi. Dimitte me. ne occidam te. Fugit ergo dauid & euasit. & uenit ad samuel in ramatha. Narrauitque ei omnia quæ passus fuerat a saul. & abierunt ipse & samuel habitauerunt in nauoth. Nunciatum est autem saul. dicentibus. Ecce dauid in nauoth in ramatha. Misit ergo saul nuncios ut tollerent eum. Qui cum uidissent turbam prophetantium. & samuel stantem & præsidentem eis. Factus est spūs dei super nuncios saul. & prophetauerunt & ipsi. Quod cum nunciatum esset saul. misit alios nuncios. qui & ipsi prophetauerunt similiter. Tertio misit nuncios. & illi prophetauerunt. Tunc ipse perrexit in ramatha. & uenit usque ad cisternam magnam quæ est in socho. & interrogauit dicens. Vbi sunt samuel & dauid. Et dictum est ei. Ecce in nauoth in ramatha. Abiit ergo illuc. & factus est spūs dei super eum. Et ambulans prophetabat donec ueniret in nauoth in ramatha. Et ipse expoliauit se uestimentis suis. & prophetauit coram samuele. & cecidit nudus tota die illa & nocte. Propterea dicitur. Numquid & saul inter prophetas. Fugit autem dauid de nauoth in ramatha. & ueniens locutus est coram ionatha. Quid feci. Quæ est iniquitas mea. & quod peccatum meum in conspectu patris tui. quia quærit animam meam. Qui respondit ei. Minime. non morieris. Nihil enim facies neque grande neque paruum. quin reuelet mihi. Cur ergo celabit me pater meus hoc uerbum. non est ita. Iurauit autem rursum dauid & ait. Nouit pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis. & dicit. Ne sciat hoc ionathas. ne forte contristetur. Verumtamen quia dominum uiuentem & animam tuam. quasi gradus unus est inter me & mortem. Dixit ionathas ad dauid. Quodcunque dixerit anima tua faciam tibi. Dixit ergo dauid ad ionathan. Ecce kalendæ sunt cras. & ego non debeo sedere cum rege ad mensam. sed dimitte me. ut abscondar in agro usque ad uesperam tertiæ diei. Si quæsierit pater tuus me. dices ei. Rogauit me dauid ut iret in bethleem ciuitatem suam. quia sacrificium annuum est ibi omnibus cognatis suis. Si dixerit. Bene. pax erit seruo tuo. Si autem iracundus fuerit. scito quia complete est malum apud eum. Tu ergo fac misericordiam cum seruo tuo. quia fœdus dominicum pepigisti cum eo. Si autem est in me iniquitas. tu me interfice. & usque ad patrem tuum ne perducas me. Dixit autem ionathas. Absit hoc a te. Si enim certe cognouero quia malum perseuerauerit contra te patris mei. ut ueniat super te. non celabo te. & indicabo tibi. Dixitq; dauid ad ionathan. Quis nunciabit mihi. si forte respondit tibi pater tuus aspere. Dixit ergo ionathas ad dauid. Veni & egrediamur in agrum. Cumque egressi fuissent ambo in agrum. Dixit ionathas ad dauid. Domine deus israel. scrutator es. Si explorauero patrem meum hodie. aut cras. & inuenero bene de dauid. & non statim misero ad te. & reuelauero aurem tuam. Hæc faciat dominus ionathæ & hæc addat. Si uoluerit pater meus malum facere tibi. reuelabo aurem tuam. & dimittam te. & ibis in pace. Sit dominus tecum sicut fuit cum patre meo. Si autem adhuc uixero. non faciam mecum sermonem dominicum. Si autem mortuus fuero. non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum. Cumque disperdiderit dominus inimicos dauid de terra. non auferatur nomen ionathæ de domo eius. & requirat dominus de manu inimicorum dauid. Iurauit ergo ionathas dauid. eo quod diligeret eum. Amorem enim animæ suæ habebat eum. Dixitq; ei ionathas. Cras kalendæ sunt. & requireris. Requiesces enim triduo. Descendens autem festinus. ibis ad locum ubi absconditus fuisti die operis. & sedebis iuxta lapidem qui uocatur ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum. quasi ad signum aliquod iaciens. Et ecce mittam puerum. dicens ei. Vade. inuenit sagittas. Si dixero puero. Ecce sagittæ citra te sunt. tolle eas. ueni ad me. quia pax tibi est. & nihil mali est. uiuit dominus. Si autem dixero sic puero. Ecce sagittæ ultra te sunt. uade. quia dimisit te dominus. Sermonis autem. quem locuti sumus ego & tu. ecce dominus erit testis inter me & te usque in sempiternum. Abscondit ergo se dauid in agro. Et cum uenissent kalendæ. sedit rex ad uescendum panem. Cumque comedisset. posuit super sedem suam iuxta morem. Sedebat autem ionathas ex aduerso. & accubuit abner iuxta saul. Et uacauit locus dauid. Non est autem locutus saul quicquam in die illa. Putauit enim ut accidisset ei quod non esset mundus. nec purificatus. Cumque illuxisset dies altera. uacauit locus dauid. Dixitq; saul ad ionathan filium suum. Cur non uenit filius isai ad cibum. nec heri. nec hodie. Respondit ionathas saul. Rogauit me dauid ut iret in bethleem. Dixitq; ad me. Dimitte me. quia sacrificium est cognationis meæ in ciuitate. & frater meus ipse præcepit mihi. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis. uadam & uisitem fratres meos. Propterea non uenit ad mensam regis. Iratus est furore saul contra ionathan. & dixit ei. Filius mulieris uirginis. Numquid ego nesciebam quia elegisti filium isai in confusionem tuam. & in confusionem turpitudinis matris tuæ. Quamdiu enim filius isai uixerit super terram. non eris firmus tu & regnum tuum. Nunc ergo mitte & adduc eum ad me. filius enim mortis est. Respondens ionathas patri suo dixit ei. Quare moritur. quid fecit. Arripuit saul lanceam ut percuteret eum. Intellexit ergo ionathas quod certum haberet patri suo ut interficeret dauid. Surrexit igitur ionathas a mensa in ira furoris sui. & non comedit panem die altera. Dolebat enim super dauid. eo quod confudisset eum pater suus. Cumque factum esset mane. egressus est ionathas in agrum ad locum quem constituerat cum dauid. & puer parui secum. Dixitq; puero suo. Vade. & defer sagittas quas ego iacturus sum. Cumque puer cucurrisset. iecit sagittam ultra eum. Et uenit puer usque ad locum sagittæ quam iecerat ionathas. Et clamauit ionathas post puerum. & dixit. Numquid non sagitta ultra te est. Et rursum ionathas post puerum. Festina. accelera. ne steteris. Collegit puer ionathæ sagittas. & uenit ad dominum suum. Puer autem nesciebat quicquam. Ionathas autem & dauid nouerant rem. Dixit ergo ionathas puero suo. Vade. defer arma mea in ciuitatem. Puer autem abiit. Surrexit dauid de loco qui respiciebat austrum. & cadens in terram suam adorauit tribus uicibus. Osculatique sunt alter alterum. & fleuerunt pariter. donec dauid uehementius fleret. Dixitq; ionathas ad dauid. Vade in pace. quæ iurauimus ambo in nomine domini dicentes. Dominus sit inter me & te. & inter semen meum & semen tuum usque in sempiternum. Surrexit dauid & abiit. Ionathas autem ingressus est ciuitatem.

Venit autem dauid nobe ad achimelech sacerdotem. Et expauit achimelech occursum dauid. & dixit ei. Quare tu solus. & nullus est tecum. Dauid dixit achimelech sacerdoti. Rex mandauit mihi sermonem. & dixit mihi. Nemo sciat rem super qua mitto te. & quod præcepi tibi. Pueros autem meos noui in loco illo & in loco illo. Nunc ergo si habes in manu tua quinque panes. da manibus meis. uel quidquid inuenire potest. Respondens sacerdos dauid ait. Non habeo panem communem in manu mea. sed panem sanctum. si tamen pueri mundi sunt a mulieribus. Respondens dauid sacerdoti. ait. Quin mulieres prohibitæ sunt a nobis. heri & nudiustertius. cum proficiscerer. & uasa pueri sancta erant. & iter hoc prophanum. quanto magis hodie sanctificabuntur in uasis suis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum. Non enim erat ibi panis nisi panes propositionis. qui ablati fuerant a facie domini. ut ponerentur panes calidi die qua sumpti sunt. Erat autem ibi quidam de pueris saul die illa. intus in tabernaculo domini. & nomen eius doec idumæus. fortissimus ex pastoribus saul. Dixit autem dauid achimelech. Si habes hic sub manu tua hastam aut gladium. Quia gladium meum & arma mea non tuli secum. quia sermo regis urgebat. Dixitq; sacerdos. Gladium goliad philistæi quem percussisti in ualle terebinthi. ecce inuolutum pallio post ephod habetur. Si uis hoc tollere. tolle. non enim est hic aliud præter illud. Dixit dauid. Non est huius simile. da mihi illud. Surrexit ergo dauid & fugit in die illa a facie saul. Et abiit ad achis regem geth. Dixerunt autem serui achis ad eum. Numquid non iste est dauid rex terræ. numquid non huic cantabant in choris dicentes. Percussit saul mille. & dauid decem milia. Posuit autem dauid sermones istos in corde suo. & timuit ualde a facie achis regis geth. Immutauit ergo os suum coram eis. & insaniebat inter manus eorum. Et impingebat in ostia portæ. Defluebantque saliuæ eius per barbam suam. Dixitque achis seruis suis. Ecce uidistis hominem insanientem. quare adduxistis eum ad me. Numquid indigeo furiosis. ut miseritis hunc ad insaniendum coram me. Numquid ingredietur domum meam.

Egressus ergo dauid inde. fugit in speluncam odollam. Quod cum audissent fratres eius & uniuersa domus patris eius. descenderunt illuc ad eum. Et congregati sunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti. & uniuersi qui oppressi ære alieno. & amaro animo. Factusque est dux eorum. Fuerunt autem cum eo quasi quadringenti uiri. Abiit autem dauid inde in maspha moab. Et dixit regi moab. Obsecro ut maneant pater meus & mater mea apud uos. donec sciam quid faciat mihi deus. Adduxitque eos coram rege moab. & habitauerunt apud eum cunctis diebus quibus fuit dauid in munitione. Gad autem propheta dixit dauid. Non sedeas in munitione. sed uade & reuertere in terram iuda. Abiit ergo dauid & uenit in saltum haret. Audiuit autem saul quod apparuisset dauid & uiri qui cum eo erant. Sedente autem saul in gabaa sub tamarisco in ramatha. & hasta in manu sua. omnesque serui eius adstantes ei. Dixit saul ad seruos suos qui adstabant ei. Audite nunc filii iemini. Numquid omnibus uobis agros & uineas dabit filius isai. Numquid omnes uos constituet tribunos & centuriones. Quia conspirastis contra me. & non est qui reuelet mihi. & pangat fœdus filius meus cum filio isai. & non est qui doleat super me. aut reuelet mihi. quia filius meus suscitauit seruum meum contra me insidiantem mihi. sicut hodie. Respondens autem doec idumæus qui præerat pueris saul. ait. Vidi filium isai uenientem in nobe ad achimelech filium achitob. Qui consuluit dominum pro eo. & cibaria dedit ei. gladium quoque goliad philistæi dedit ei. Misit ergo rex ut uocarent achimelech filium achitob sacerdotem. & omnem domum patris eius sacerdotes qui erant in nobe. Qui uenerunt uniuersi ad regem. Dixitque saul. Audi nunc fili achitob. Et ille respondit. Adsum domine mi. Dixit ei saul. Quare conspirastis contra me tu & filius isai. quod dedisti ei panes & gladium. & consuluisti pro eo deum. ut surgat contra me insidians mihi. sicut hodie. Respondens achimelech regi ait. Et quis inter omnes seruos tuos fidelis sicut dauid. & gener regis. qui ambulat ad nutum tuum. & honorificus in domo tua. Numquid cœpi hodie consulere deum pro eo. Absit. Ne suspicetur rex seruum suum. & omnem domum patris mei. Quia non nouit seruus tuus de omni re huiusmodi. paruum aut magnum. Dixitque rex. Morte morieris achimelech. tu & omnis domus patris tui. Et ait rex cursoribus qui stabant circa eum. Circumdate & interficite sacerdotes domini. quia manus eorum cum dauid. & quia nouerunt quod fugiens indicare mihi noluerit. Noluerunt serui regis extendere manus suas ut irruerent in sacerdotes domini. Dixit ergo rex doec. Tu conuertere & irrue in sacerdotes. Conuersus itaque doec idumæus irruit in sacerdotes. & occidit in die illa octoginta quinque uiros qui portabant ephod lineum. Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit ore gladii. a uiro usque ad mulierem. a paruulo usque ad lactentem. Bouem quoque & asinum & ouem in ore gladii percussit. Euasit autem filius unus achimelech filii achitob. cui nomen erat abiathar. & fugit post dauid. Et nunciauit dauid quod occidisset saul sacerdotes domini. Dixitque dauid ad abiathar. Sciebam ego in die illa. cum esset ibi doec idumæus. quod indicaturus esset saul omnes animas patris tui. Sta mecum. ne timeas. quæ quærit animam meam. quærit & animam tuam. Apud me enim custodieris.

Nunciauerunt autem dauid dicentes. Ecce philistæi impugnant ceilam. & diripiunt areas. Consuluit ergo dauid dominum dicens. Ibo & percutiam philistæos istos. Dixitque dominus ad dauid. Vade. percute philistæos. & liberabis ceilam. Dixerunt autem uiri dauid qui erant cum eo. Ecce nos hic in iuda timemus. quanto magis si uenerimus ceilam contra exercitus philistæorum. Rursum ergo dauid consuluit dominum. Et respondit ei dominus. & ait. Surge. & descende in ceilam. quia tradam philistæos in manus tuas. Abiit ergo dauid & uiri eius in ceilam. & pugnauit contra philistæos. & abegit pecora eorum. & percussit eos plaga magna. Liberauitque dauid habitatores ceilæ. Factum est autem cum fugeret abiathar filius achimelech ad dauid ceilam. ephod descendit in manu eius. Nunciatum est autem saul quod uenisset dauid ceilam. Dixitque saul. Deus tradidit eum in manus meas. conclusus est enim intrans oppidum portis & uectibus. Conuocauit ergo saul omnem populum ad bellum. ut descenderet ceilam. & obsideret dauid & uiros eius. Cognouit autem dauid quod pararet saul contra se malum. Dixitque abiathar sacerdoti. Applica ephod. Et ait dauid. Domine deus israel. audiens audiuit seruus tuus quod quærere uoluerit saul uenire ceilam. ut disperdat ciuitatem propter me. Numquid tradent me uiri ceilæ in manus eius. Numquid descendet saul sicut audiuit seruus tuus. Domine deus israel. quæso indica seruo tuo. Dixitque dominus. Descendet. Rursum dixit dauid. Numquid tradent uiri ceilæ me & uiros meos in manus saul. Dixitque dominus. Tradent. Surrexit ergo dauid & uiri eius quasi sescenti. & egressi de ceila. perambulabant quo ire poterant. Nunciatum est autem saul quod fugisset dauid de ceila. & distulit exire. Dauid autem habitabat in deserto in munitionibus. & manebat in monte in deserto ziph. Quærebat autem saul eum omnibus diebus. & non tradidit eum deus in manus eius. Vidit autem dauid quod egressus esset saul ad quærendas animas eorum. Dauid autem erat in deserto ziph in saltu. Et ionathas filius saul surrexit & abiit ad dauid in saltum. Confortauitque manum eius in deo. Dixitque ei. Ne timeas. non inueniet te manus saul patris mei. Tu enim regnabis super israel. & ego ero tibi secundus. Sed & saul pater meus scit hoc. Percusserunt ergo ambo fœdus coram domino. Et mansit dauid in saltu. ionathas autem reuersus est in domum suam. Ascenderunt autem uiri ziphæi ad saul in gabaa dicentes. Nonne dauid absconditus est apud nos in munitionibus in saltu in colle hachila. qui est a dextris solitudinis. Nunc ergo iuxta omnem animæ tuæ desiderium descende. Nostrum autem erit eum tradere in manus regis. Dixitque saul. Benedicti uos a domino. quia misertus estis mei. Ite ergo & diligentius rem considerate. & uidete locum ubi requiescat pes eius. & quis uiderit eum ibi. Dicit enim mihi quod astutissime agat. Considerate & uidete omnes latebras eius in quibus absconditus est. & reuertimini ad me quæ certa sunt. Et ibo uobiscum. Si autem est in terra. perscrutabor eum in cunctis millibus iuda. Surrexerunt igitur & abierunt ziph ante saul. Dauid autem & uiri eius erant in deserto maon in campestri solitudine ad dextram solitudinis. Abiit ergo saul & uiri eius ad quærendum eum. Et nunciatum est dauid. Descendit ergo in petram. & habitauit in deserto maon. Quod cum audisset saul. persecutus est dauid in deserto maon. Et ibat saul ex latere montis hinc. & dauid & uiri eius ex latere montis illinc. festinabatque dauid ut fugeret a facie saul. Et saul uiros eius undique circumdabat ut caperet eos. Nunciauerunt autem saul dicentes. Festina & ueni. quia irruerunt philistæi super terram. Reuersus est ergo saul ne persequeretur dauid. & abiit in occursum philistæorum. Propterea uocauerunt locum illum petram diuisionum. Ascendit autem dauid inde. & habitauit in locis fortibus engaddi.

Factum est autem cum reuersus esset saul. nunciatum est ei dicentibus. Ecce dauid in deserto engaddi. Tulit ergo saul tria milia uirorum electorum ex uniuerso israel. & abiit ad quærendum dauid & uiros eius super petras rupium quæ sunt in solitudine. Et uenit ad caulas ouium in uia. ubi erat spelunca. in qua intrauit saul ut operiret pedes suos. Dauid autem & uiri eius in interioribus speluncæ sedebant. Dixerunt autem uiri dauid ad eum. Ecce dies de qua locutus est dominus ad te. Ecce ego tradam inimicum tuum in manu tua. & facies ei sicut placuerit tibi. Surrexit ergo dauid & abscidit oram pallii saul clanculum. Postea uero percussit cor dauid eum. eo quod abscidisset oram pallii saul. Dixitque ad uiros suos. Propitius sit mihi dominus. ne faciam uerbum hoc domino meo. christo domini. ut mittam manum meam in eum. quia christus domini est. Et compescuit dauid uiros suos sermonibus. nec permisit eos consurgere in saul. Saul autem egressus de spelunca. abiit in uiam suam. Surrexit autem dauid post hæc. egressusque de spelunca. clamauit post tergum saul dicens. Domine mi rex. Respexit saul post se. & inclinauit dauid pronus in terram. & adorauit. Dixitque dauid ad saul. Quare audis uerba hominum loquentium. Ecce dauid quærit malum contra te. Ecce hodie uiderunt oculi tui quia tradidit te dominus hodie in manu mea in spelunca. & dixerunt mihi ut occiderem te. & pepercit tibi oculus meus. Dixi enim. Non mittam manum meam in dominum meum. quia christus domini est. Vide quoque pater mi. & uide oram pallii tui in manu mea. Quod enim abscidi oram pallii tui. & te non occidi. scito & uide quia non est in manibus meis malum & peccatum. Non peccaui in te. tu autem circuis animam meam ut auferas eam. Iudicet dominus inter me & te. & ulciscatur me de manu tua. Manus autem mea non erit in te. Sicut dicit prouerbium antiquorum. Ex impiis egredietur impietas. Manus autem mea non erit in te. Post quem rex israel egressus est. Quem tu persequeris. Canem mortuum. Pulicem unum. Sit dominus iudex. & iudicet inter me & te. Et uideat & uindicet causam meam. & eruat me de manu tua. Cumque finisset dauid orationem hanc. Dixit saul. Numquid uox hæc tua est fili mi dauid. Et leuauit saul uocem suam & flauit. Dixitque ad dauid. Iustior tu es quam ego. quia tu reddidisti mihi bona. & ego reddidi tibi mala. Et confirmasti hodie quod feceris mihi bona. quia tradidit me dominus in manus tuas. & non occidisti me. Quis enim inuenit inimicum suum. & dimittit eum abire in uiam bonam. Et quæ retribuet tibi pro his quæ fecisti mihi hodie. Et nunc ecce scio quod certe regnaturus sis. & habiturus in manu tua regnum israel. Iura ergo mihi per deum. quia non disperdes semen meum post me. & non delebis nomen meum de domo patris mei. Iurauit ergo dauid saul. Abierunt autem saul in domum suam. & dauid & uiri eius ascenderunt ad locum munitionis.

